7. *Probabile est concessione fallam Titio, & eius generi, excludere feminas.*
8. *Nepotes filia non excluduntur, excludi vero est probabile. q. num. 9.*
9. *Ex matre inhabili nascitur filia habili.*
10. *Nepotes ex masculis preferuntur nepotibus ex feminis progenitis.*
11. *Concessio accepta pre se, & quibuscumque masculis, etiam ex feminis progenitis comprehendit.*
12. *Concessio falla descendens per lineam masculinam, excludit descendentes per lineam femininam.*

+56 Part.III.Lib.VI.de obligat parentum.

14 Diffusio in sonorem agnatorum ac comprehendens agnatos.

- 1.** **P**rima conclusio: omisiss disputationibus dieam baciuit, si emphyteusis concedator pro se filii, & nepotibus masculis, nepotes masculi ex filiabus non ventum ad illam. Ratio, quia dominus concedens attendit ad lineam masculinam duxat; proinde voluit excludere non solum filias, sed etiam filios, & nepotes eorum. Gratius conf. 120. num. 6. lib. 1. & est communis opinio, se iste Iason. in L. Gallo, §. annae de leg. num. 10. ff. de liber. & postib. Mantic. de tact. & ambig. tom. 1. lib. 21. tit. 15. num. 15. post Iul. Clar. in §. emphyteusis, queſt. 16. vers. sed si emphyteusis vbi pro hac parte refert, ac sequitur Paul. de Caſtr. conf. 190. num. 4. lib. 2. dicentem concessam pro descendentibus masculis, requirere quodd vocatus ad illam sit; & descendens, & masculis ex masculo, non verò ex feminis; idem est si concessio fuit pro se, & filiis, & nepotibus masculis, & descendentiis per lineam virilem, ut dicitur Gratius, & ceteri sibi relati, quibus accedit Speculum in §. nunc aliqua, queſt. 14. & ceteri etiam opinionis communis: si verò concessio fuit pro his, qui sunt de generatione masculina, qui procedant ex feminis, non obirebant emphyteusis, cum non procedant ex virili generatione, sed ex feminis. At verò feminis ex masculis procreari in emphyteusis succedit: Namica pædagogatis dnum. 15. post Capitum conf. 81. num. 8. quamvis recipiens emphyteusis preteriret masculinam generationem, idem fuitur Capit. ibi, si concedatur pro liberis ex linea masculina descendentiibus, quia sola linea feminina est exclusa, ob vetia illa, per lineam masculinam descendentiibus enim ergo filia quod duxat superest, descendat à parte, & sic ex linea masculina, admittenda est ad emphyteusis; non tamen est admittenda qui natus fuerit ex filia, neque ex nepotie ne per ipsam emphyteusis devolutus ad cognatos, quia sunt inservient concedentes: si Paul. de Caſtr. in L. maritus, num. 5. C. de præc. sequiruſ. Cui, iun. conf. 172. num. 5. vers. & idem base regulam, Ruyu. conf. 126 num. 1. lib. 1. Alex. conf. 1. num. 6. num segment. lib. 3. Item quia loca non incipit a patre, sed in filius consecratur. Specular. de locis. §. nunc aliqua, vers. 140. num. 173. Mantic. lib. 2. tit. 1. 4. num. 17. sed de his clariss. num. 8.
- 3.** Secunda conclusio: Concessio facta filiis, & nepotibus non comprehendit filias, & nepties ex masculis progeniatis est, quod in contractibus masculinum non comprehendit femininum: sic Bald. in L. Gallo, in princip. num. 4. ff. de lib. Barro in L. liberorum, num. 8. de verb. sign. Anchæ, in cap. si quis suadente, 17. q. 4. Item quia, si hoc voluerint concedentes, & acquirentes, id extellent, cum verbum filii, & nepotes, sit anceps, poliuntque accipi secundum propriam, & impriopriam significacionem, telle Ruyu conf. 10. n. 5. lib. 1. & ab aliis nomen masculinum non conceperit femininum ex propria significacione, sed ex interpretatione extensiva, & pronuntiatione, in verbis porrigitur, ff. de verbis signis. & signis, C ad leg. Iul. maleſ. Bartol. post Glos. 1. in d. liberorum, ff. de verbis signis. Proinde nisi aliud aperte videatur, non est recte cunctum in contractibus maximè si sint filii incaſti, ut et si emphyteusis, à propria significacione verborum. Quam nolam conclusio nem tanquam magis communem tradunt Guld. de Suaſ in L. quicunque. C de fern fogit. & in l. si quid id quod, ff. de iur. om. iud. Titaquel, de retrat. lign. 9. r. glosſ. 9. n. 1. c. in l. quid dicitur, num. 24. vers. sed addit. de verbis obligat. Idem coſulua conf. 67. lib. 1. conf. 113. lib. 1. & tanquam certum tenetur in contractibus masculinum non conceperit femininum: sic Roland.
- 4.
- conf. 93. lib. 2. num. 27. vbi plures sequuntur, referens confitiam 76. num. 1. lib. 3. vbi dicitur esse communem tam in confutando, quam in indicando. Menoch. conf. 111. num. 47. Corne. conf. 74. num. 18. lib. 1. & conf. 13. num. 1. lib. 4. Denique quia contractus fit in iustis atque tecipiant inter pretationem, & tantum disponunt, quantum fuit expellere, l. quidquid aſtingenda ff. de verbis obligat. & attendendum est in contractu emphyteutico quid fuet in concordem iuste concedentem, & recipientem emphyteusis, l. ultim. C. de iur. employt. Cracau. conf. 121. idem cum concepito emphyteusis fuerit pro se, & filiis, & sep̄tibus, non extendenda est ad filias, neque ad nepties; quam opinionem tanquam magis receptam & veteram firmat Menoch. l. conf. 111. num. 47. post multos, quos ibi sequuntur, & Gulic. Benedict. in cap. Raynaud. in verbis, duas habent, n. 125. de reglast. Iul. Clar. verbo. Emphyteusis, q. 32. n. 1.
- Tertia conclusio: etiò, secunda conclusio sit vera & magis communis; probabile ramen est emphyteusis conceperit feminis, & nepotibus, extendi ad filias & nepties, ex eo quod masculinum competet comprehendit femininum, ex regula t. quid duxit ff. de leg. 3. idem res non accipit dubia, sed clara. Item quia in materia oſtia masculinum includit femininum, l. si quid id quod, ff. de iuris. om. iudic. & regulariter dispositio ordinis stricte concipitur, cap. 1. de filiis precepto, in 6. L. iuris quod ff. de liber. & postib. Adeo in materia differenti nomine masculo intelligi etiam femininum. Battol. in l. 1. in principio, num. 2. q. ff. de pecul.
- Quinimodo emphyteusis conceperit simpliciter, ad feminas etiam transiſ; secundum §. emphyteusis, in Amb. de non alien. & est communis opinio, ut auctor est Bero, in cap. in prefentia, num. 401. de probacione. Unde nomen filii, & nepotibus, obter intelligi secundum ius commune; cum ergo ius commune non excludat ab emphyteusis feminas, sustinebitur hæc conclusio, & illa duo nomina filios, & nepties, comprehendetur feminas; quod tradit Iul. Clar. verbo, emphyteusis, queſt. 33. vers. sed quid si fuerit, Cracau. conf. 151. vers. sed etiam Bero. queſt. 18. Titaquel de retrat. lign. 9. r. glosſ. 9. num. 181. & probat Pinc. l. 3. C de bon. materna. num. 33. vbi autem opinionem contumiam non elicunt, neque ratione, neque aquilat consonam; & emphyteusis pro filiis, & neptibus concessam, non excludet femininas quod vult Salicet. in l. 1. C de iur. employt. num. 16. Imol. iud. quod dicitur, num. 10. in fin. vers. & sic nota bene, de verbis obligat. Idem Titaquel, hoc vetius purat, quam oppositum, supra num. 106. Iason. in l. 1. C de iur. emphyt. num. 144. Decius in cap. in prefentia, num. 46. litera E. deprobatio, nisi in concessione dicat concedens pro se, & masculo dantem, quia tunc restinetur concessio ad matrem: seclusus si dicetur in emphyteusis Ecclesiastica pro se, & pro filiis tantum, quia hoc non obstante adhuc excederetur ad filias. Imol. in d. l. quod dicitur, num. 10. in fin. Decius in l. feminæ, num. 108. ff. de regul. iur. & Alciat. in l. 1. ff. de verbis obligat.
- Nec viger argumentum, quod contractus emphyteuticus sit stricti iuri, prouide quando dicitur pro filiis, & nepotibus, intelligendum est stricte, hoc est, pro masculis duxat, quia ex §. emphyteusis, in d. Amb. de non alien. si concessio fuit impiamente, & per coconcupisitio pro filiis, & neptibus utriusque sexus; ergo nullem claras hoc cognoscetur, quando emphyteusis concedatur pro se, & filiis, & neptibus, quia fieri extensio ad mores & formas, cum ex sua natura emphyteusis ad masculos, & formas transiſ. Confirmat Cosart. lib. 1. varia cap. 1. 8. num. 1. dicens simpliciter acceptam emphyteusis sine profanam,

fine profanam, fine Ecclesiastica post obitum acceptipientis deuolut ad eius filios, ac nepotes masculos, aut feminas abfque vla sexus distinctione, per d. g. *emphyteum*. Vnde non est audiendum Bald. in cap. 1. dicens nam. 14. quib. mod. fidei confit. pafir. emphyteum alicui concessam non transire ad femininas, argumento fendi, quod pro masculis, non verò pro feminis intelligitur concessum. Quia non valet argumentum à feudo ad emphyteum, quando à iure feudorum aliquid affectar contra ius communis, sicut tradunt Alex. in l. quod dicitur, num. 1. & num. 6. ff. de verbis. obligat. ver. fons patr. & in l. divisione, 3. 6 fundum, num. 1. vers. ftd tu adverste, ff. solut matrem. Bertol. in Litteris Reginis, 3. liberi, num. 6. ff. de oper. libert. Caccialupis in cap. 1. fnd. cognit. art. 10. dif. fculi, 1. 4. p. 1. regal. 32. & optimo Author Pauli in consuetud. Paris, 4. . gl. 5. num. 71. Couat. in cap. 18. num. 1. post plures, vbi at veriorem hanpetem, contra Bald. sequitur Mantica tit. 1. 4. gl. lib. 11. n. 10. vbi tenet legem quæ loquitur de feudo, habete locum in emphyteuſi quando continet incommunem quæ regula est infallibilis, teste Corneo emf. 6. 7. n. 8. lib. 2. & Curt. sum. de fnd. p. 1. quæff. 1. num. 8. Et ex quod erant in contractibus masculinum sub appellatu nomine comprehendendi femininum, vt plauuit Salyceto in d. l. 1. C. de inv. emphyt. q. 12. & 17. Angel. in l. item videndum, 5. 1. ff. de per. hered. & Titaquiel. d. gl. 9. num. 106. & quamvis prior sententia magis communis sit, vt diximus in secunda conclusione; mihi fata superque placet hæc terria conclusio, cum sit maximè consona; dispositioni legum Lassiniæ lib. 4. tit. 6. num. 2. & tit. 7. num. 6. vbi nomine filiorum intelliguntur etiam filiae, at filii non extansibus, conceperuntur nepotes, seu neptes.

Ex dictis lequit ut idem esse dicendum de emphyteuſi contra illa pro. & liber., quia appellatione liberorum matres & feminæ intelliguntur propriæ, l. sed si hac, & liber., il. 1. ff. de in ius vocant. & comprehenditur nepos ex illa, l. 1. de condit. infers. ex Anch. cap. 1. 3. Alex. conf. 6. num. 6. cum sequent. & conf. 8. num. 14. & 1. lib. 1. Roland. à Valle emf. 9. 1. & sequent. lib. 4. Nam liberorum nomen non repertor in genere feminino, liberorum & de verbis signif. promide si qui accipiat sibi emphyteum, & eis liber., nepotibus ex filia intelliguntur emphyteuis concessio, l. cognoscere, & liberorum, ff. de verbis. sign. Vnde potest etiam esse locum matris, quandoquidem datur filio ex illa, & alias esse absudum eam excludere, & admittere nepotes ex illa, l. si vna mater, vers. non liber. C. de bon. matern. & ita in terminis resolutus Imol. in quod dicitur, num. 1. vers. item pater ex predicto, de verbis. obligat. Iason in l. si quis id quod num. 1. 5. vers. limita quanter modi, ff. de iurid. emf. in d. Idem concessio de concessione emphyteutica fulcepta pro. & pro posteris, quia posteriorum nomine veniente etiam libert. quod bis verbis, 1. de legat. 1. Couat. in cap. Raynald. in princip. de tertium. Bezo. conf. 1. 2. num. 6. lib. 2. & Decius in conf. 1. 2. num. 1. & conf. 1. 2. num. 6. vers. secundum responderetur. Nec facit contra nostram resolutionem l. 1. in fin. de inv. immunitate quia calis est de priuilegio contra ius commune, quod cùm sit contra publicam utilitatem, non procedit in alio priuilegio: ita Alex. in l. quid perfonale, num. 1. & 6. & Paul. Calter. in L. marina, sub num. 1. ff. sicut marina.

Concluſio quarta sit. Si dominus concedat emphyteum Bettæ pro. & filiis, & nepotibus, positione feminina eam concurrit vt trudit in simili Bald. in cap. quod Ecclesiæ, num. 4. 1. vers. non revertit, de confit. & probatur exemplo illegitimis, quia quamvis emphyteum Ecclesiastica regulariter ad illum non transire, si à principio illegitimo concedatur. alii etiam illegitimi concessa creditur, quia cuiuslibet

actus ortum, & natio ita tem consideramus tanquam redicem ceterorum actuum pro futuro tempore, vt habeatur in cap. 1. 6. ex eadem, de lege Corradi, & ab exordio tituli posteriorē formamus euentum. l. 1. C. de impost. lacrat. descript. lib. 10. Iason in L. generaliter, ff. chm. arem, num. 1. 1. de iustit. & subiit. & origo co-liber enti inspicitur: ignis in noctis casu poliūne feminæ succedere; cum ab initio feminæ, pro. & filiis, suscipit emphyteum: sic Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. 2. n. 1. 4. n. 3.

Conclusio quinta: quando concessio emphyteuſis fit alieni, & eas generatione, & generi probabile est concessionem feminas, & descendentes eorum excludere, eo quid nepos, & neptis ex filia pon. venient ab hispe per masculinam lineam, sed per femininam; & consequenter non sunt de generatione sui materni, l. liberas, in fin. ff. de fera, & l. 1. in fin. ff. de iur. immunit. sequitur Bald. in conf. 40. incipit, Quidam magnus nobilis, col. 1. vers. sed ipsi nepotes, lib. 3. dicens neptes ex filia non dici de generatione sui materni, eo quid generatione incipit a patre, non verò à matre, & in l. 1. C. de iur. emphyt. num. 7. addens emphyteum Ecclesiastica concessam vsque ad quartam generationem, non consumere filios filiarum, idem tradit. Cornetus conf. 1. 30. num. 3. lib. 1. de emphieuli concessa generationi, vt non defecatos ad nepotem ex filia, & clariss. idem dicit Illema in cap. 1. col. 5. de concess. fnd. concessum nempe geneti alicuius, non deuoluti ad descendentes ex filia. Bartab. in l. c. omni. conf. num. 1. 10. C. de fidei commiss. Q. Curt. ign. in tract. fnd. in prima particula secunda pars. princip. num. 1. 6. & probatur ex traditis à Laurentio de Paltatius inter al. quod filiulum masculum feminæ non succedant, num. 1. 5. filiante neptes ex filia non dici, nec nominaari de generatione sui materni: quod etiam tenet Menuch. conf. 1. 26. num. 90. post Fuligo. in l. quid huius verbis, 5. vit. ff. de legat. 1. conf. 1. 4. in fin.

Opposita tamen conclusio, quæ affluit emphyteuſis datum alicui, se eius generationi, defeciti feminis, ac eorum filiis, & descendentibus, est certa, de indubitate; quia nomen generationis ad feminas, & ad masos ex eis denolut ut: ita habeatur in cap. statutum fatus, de heret. in 6. & probatur ex cap. de scibis malecedem lib. Accusatio in 5. alienationi in 1. gl. in Aubert. de non alien. air emphyteum Ecclesiasticali posse concedi vsque ad tertiam generationem numerata persona acquirentis, & non ultra, vt in ff. emphyteum, ed. sit. sed in illo 5. sit expedita mentio de masculis, & de feminis ergo intentum. Idem tensio Azo in d. g. emphyteum, in fin. summa. Idem in intellect Speculat. in eit. de location. 5. nunc aliqua, vers. 1. 5. dum aut nepotes ex filiabus eis de generatione recipiunt. Idem voluit Bald. in l. 1. col. 2. vers. quaro quando per prescriptionem, C. de iur. emphyt. Paul. de Colle. in l. 1. C. de condit. infers. & conf. 100. Vnde quadam prescrift. col. 1. lib. 1. & conf. 1. 16. Supradictum dominus, prob. lib. 1.

Idem dico de appellatione generis comprehendere etiam feminas, & descendentes ex eis; nisi subiecta materia repugnet ex l. 1. 1. & 1. 4. ff. de liber. conf. & l. 1. emphyt. ff. de interd. & releg. & l. liberorum, ibi, cognacionem singularem, iuribus illis verbis, omnibus, qui ex eodem genere ori sunt de verbis. signific. Idem non est ambiguus locus, appellatio generis, seu generationis tam masculos, quam feminas concludit: vt latè probat Titaquiel. de retrat. sign. 1. 1. gl. 9. num. 1. 26. & 1. 28. & refutat ut docent feminas, & descendentes ex eis esse de fanalia, genete, consanguinitate, linea, & parentela; proinde iam in feminis, quæ in innatis esse eandem rationem quod questionem praestent: & faris eis quod non mea

stator tempore mortis sue, addens ibi filium esse præferendum filio fratris suipremotori, quia consideratur ordo gradus, quando agimus de succedito ex dispensatione humana: ut habetur in d.l. cim. ita, q. in fidicemomissione, de leg. 1. & non est considerandum quod filius fratis premotori representet personam fratris premotori, quod attenditur quando succedit ex dispensatione legis; ut in Auditor. cestante, C. de leg. b. card. Secùs quando succedit ex dispensatione humana, ut in nostro casu, quia consideratur affectio, que videtur esse maius ad proximiorem in gradu: ut probatur in d.s. in fidicemomissione, per qua sententia plurimum veget ratio Raphaelis Cimani, in praedicto q. in fidicemomissione, dicentes filium fratris non aliam esse personam patris, nec locum, nisi quando agitur de succedito in hereditate ascendente: sed ubi non tractatur ab hoc, sed de alia successione non concordemente causam hereditati, aut coherentiam causa hereditatis, tunc in conuento non ingreditur nepos locum patris sui. In eadem opinione est nouissimum Mantica de socii, & ambig. lib. 2. tit. 17. num. 9. si emphyteus sit Ecclesiastica, & similesque pro filii curseculi fuerit, & pronepotibus; quia tunc iure hereditario non defertur, sed iure contractus in ea succeditur. Secùs si emphyteus sit privata, que eo modo etiam concilia intelligitur hereditatis: quod etiam Alexand. d. conf. 12. tanquam communem opinionem tradidit num. 1. Q. 5. vers. denique posse, lib. 5. per qua etiam Mantica citat. n. 18. refert se sequitur Rulin conf. 62. lib. 1. & conf. 134. num. 3. & num. 26. lib. 1. & Anton. Gabriel conclus. num. 31. & 34. de success. ab inestat. lib. 1. & alij. Sed ut supra iam diximus cum optime, & bene cum multis, nec concessionem faciemus à primato pro se, & filiis, & nepotibus esse hereditati, sicut debemos in vitaque emphyteusis concessione eodem modo factam semper pattuum esse pro feteri unum filio fratris premotori, etiam de iure communis, quonies tractatus de alia successione, que ad casuam hereditatis, aut affinem illas non pertinet. Cumanus in d.l. cim. ita, q. in fidicemomissione de leg. 1. Rulin. in d.conf. 62. num. 11. in fin. lib. 1. & Ludovicus Bologn. conf. 48. num. 5. bene sentiunt.

9. Quod allatum dictum est in I. Regia Ordin. nostra lib. 4. th. 16. 5. l. ibi. Eunde ouer filio, & filia nostra auera & fere nota, omnia nota, gesto que o neto fera filio, do filio meo virlo, id est, vbi exticerit filius, aut filia, non obelinebit emphyteusim nepos, aut nepitis, quoniam nepos si filius ex filio seniori, propter gradus prerogativam, id est proximiorebus in gradu sunt vocandi, quando plures collectio vocantur Alex. conf. 33. lib. 4. num. 1. Rubeus conf. 16. num. 5. Socin. conf. 86. num. 8. lib. 4. Iure optimo ergo lex Regia vocat primò filios, aut filas, quoniam nepotes, qui remuntes sunt, & filii, & filiz proximiiores igitur, dum existunt, præfetencti sunt in obtinenda emphyteusitate etiam Raphael Cuman. conf. 107. ad medium. Quod idem essent Gozadinos conf. 4. num. 6. & Petralta in Luminaria, in q. in fidicemomissione, de leg. 1. in fidicemomissione successione, & in alia quibus dispensatione ab humana procedente, sicut est emphyteusica, in quibus attenditur gradus præferentialis: secundum quam excludantur nepotes, & filii admittuntur: quidam idem docet Rubeus in I. Galba, q. quidam relict. ff. ut liber. & postea num. 35. & dochilimus Culta in Regis success. pag. 16. ex ut quid in successione emphyteusica pro filiis considerat lex nostra gradus prærogativum, nec admittit representationem, ut bene noruit Costa lib. de Reg. success. pag. 173. & 177. ad fin. quod etiam dixit Pinel. in 1. part. 1. L. d. de bon. matri. a num. 69. & sequunt. & Valalac. de iur. emphyt. quid. 30. num. 5. ad fin. qui ostendit

confidentur concessionem emphyteusis in d.s. 1. ad medium, non pati representationem, perinde nepotes excludi, non solum à filio, sed etiam à filia: ita quis non datur representatione, nisi quando iure universalis hereditatis succeditur, non verò quando iure particulari nominatiois, qualis in emphyteusi succeditur, ut auct. Costa cit. & Roland. à Valle post plures conf. 6. num. 14. tom. ... & in fidicemomissione successione, leundum resolutiorem non est admittenda representatione etiam in fidicemomissione: ac proinde de illo, hec ut emphyteusi resoluendum est, non est admittendo nepotes existentibus filiis, sed filiis: ut Petralta citat ait, Guzadin. d. conf. 4. num. 6. com. Decio conf. 1. num. 1. & alij. secundum quos nulla datum differentia, nec discrimen inter emphyteusum concessum pro se, & pro filiis, & nepotibus; & iure fidicemomissum: cum concilio virtusque non ab universalis iure hereditario, sed ab speciali, seu particulari proficiat; & consequenter in vitaque concessione, nulla reperitur representatio, ut D. Clotes Lusitanus pte allegati statut: id est nepotes nullo modo ingredientur locum parentum, existentibus parentis, aut amitis.

§. VII.

Quenam sit emphyteusis de pacto, & prouidentia? Quae hereditaria?

Quae mixta? Et quomodo differant inter se?

E P I T O M E.

1. Emphyteusis de prouidentia qua dicitur?
2. Emphyteusis hereditaria censetur quando in eius concessione sit membra hereditum.
3. Ecclesiastica hereditaria non transit ad hereditatem, sicut facultaria.
4. Quae sit emphyteusis hereditaria mixta?
5. Emphyteusis Ecclesiastica de iure nostro transit ad extraneum.
6. Concessio tibi fallit, & ruit hereditib; ex tuo corpore decessit, sicut hereditaria simplioris, an de prouidentia?
7. Concessio nulli, & hereditib; mei legitimis est hereditaria.
8. Concessio filii, & filie, est familiaris.
9. Concessio tibi, & filii, & hereditib; secundum formam, & animi prærogativam, est hereditaria mixta.
10. Accepimus emphyteusis hereditariam censetur ad eam hereditaria.
11. Secundum si sit familiaris.
12. Pater potest emphyteusis uni ex filiis prælegare.
13. Filius non potest abstinere emphyteusis primiorem, nisi sit bona pars.

Prima conclusio emphyteusis ex pacto & prouidentia, seu ex familia illa dicitur, in cuius investitura, ac concessione, nullo sit mentio hereditum; nec requiri, ut successores sint heredes: ita Iol. Clat. 5. emphyteus. quid. 16. num. 1. & quid. 17. Bartol. in I. ut infra, q. 9. lib. lib. 1. q. 1. ff. oper. libert. Cou. 2. servar. cap. 1. 8. num. 1. vers. quinta conclusio, & num. 4. Cald. de minister. quid. 11. & quid. 13. num. 33. post plures, quoque ibi referens sequitur, sua priuata, sive Ecclesiastica sit emphyteusis, vitaque ex pacto & prouidentia, seu familiaris est: primum filius succedit eam retinere potest, & repudiare hereditatem, Iol. Clat. & Cald. id est. Molini. lib. 1. de primog. cap. 8. num. 5. Val. sic. de iur. emphyt. quid. 43. num. 2. Pinel. lib. 1. Cet. de bon. matri. part. 3. & n. 84. Infestut

Disp.IX. De nominat. emphy t. §.VII. 349

Infertur hinc omnes has concessiones emphyteutis, & alias huius affines, & sic ex pacto, & de prouidencia. Concedo tibi hanc emphyteutam, vxori, & filiis, & descendantibus; vel concedo in tres generationes; vel tibi, & duobus aliis post te: quia in his concessionibus non requiritur ut successores haeres sit. Item quando conceditur tibi, & liberis tuis: tibi, & generi tuo: tibi, & duabus personis; ita quod tu nomines secundam, & secunda tertiam: tibi, & tuis descendantibus ex corpore tuo genitis, aut legitimis, sine adductis per lineam masculinam, siue per feminam, siue non. Denique ut vno verbo concludam, si nulla in concessione sit mentio de heredibus, censetur de prouidentia, seu familiaris: sic Alexand. conf. 16. num. 4. & conf. 28. num. 18. lib. 5. Decius conf. 18. 5. n. 3. & conf. 28. num. 7. & conf. 19. num. 4. vers. sed proddit. Quod ibi tradit, etiam si concedatur pro libertis, & successoribus quibuscumque masculis: Alciat. in ref. 48. 3. num. 4. & 592. num. 1. Rubeus conf. 85. num. 4. Decius conf. 11. num. 1. & conf. 44. num. 8. & Gozad. conf. 84. num. 1. 5. Molin. tom. 1. de inf. dispu. 47. fol. 142.

Secunda conclusio. De iure Lufitano lib. 4. n. 96. num. 2. 4. vers. Porém se no contracto do aforamento for contrario, &c. illa concessio emphyteutis censetur hereditaria, que fit pro heredibus, & successoribus; vel etiam pro filiis, seu descendantibus heredibus; aut si pro filiis successoribus stipuletur. Dicitur autem hereditaria, ex eo quod non possit obtinere nisi ab herede, siue filius fit, siue quicunque alius: sic Couart. lib. 2. varior. cap. 18. num. 4. & idem eminio diendrum, quod intelligit tam de emphyteuti Ecclesiastica quam profano: Gesta de exp. cap. 12. num. 84. Cald. de nominat. quaff. 23. num. 1. 5. & 14. post moltos quos ibi referens sequitur, Valaf. de iur. emphyt. quaff. 43. num. 1. idem Cald. de nominat. quaff. 22. num. 1. cum sequent. Iul. Clat. d. quaff. 57. Hoc tamen differunt ut inter Ecclesiastica emphyteutum hereditarium, & inter secularium: quod secularis hereditaria transit ad heredes extantos; Iul. Clat. d. emphyteut. quaff. 18. 9. seruiss. cap. 1. num. 6. quia opinio est communis, teste Alexand. in 1. 5. patr. 1. fin. ff. ad Trebel. sequitur Gigas de crimin. lefa Maillat. lib. 1. in rubric. de patr. quaff. 6. num. 6. Cald. de nominat. quaff. 23. num. 3.

Ecclesiastica vero, quamvis hereditaria non transfit ad heredes extantos, idem Iul. Clat. d. num. 6. regulariter; idem verbum pro se, & heredibus, in concessione spoliis comprehendit heredes descendentes, non zetem extantos, si Alex. conf. 56. num. 3. lib. 1. Gozad. conf. 19. num. 6. Affl. decif. 100. num. 1. vbi sic fuisse iudicatum tenet: idem censent Bolog. emf. 84. lib. 1. Decius in cap. in prefatione, post num. 48. vers. ex supra dictis, de probatio. Cald. de nominat. quaff. 21. num. 16. quia de natura emphyteutis est ad extantos non trahit. Affl. vbi proximo, & quantum verbum heredibus continetur extantos in seculari emphyteuti, scilicet in Ecclesiastica: vt bene dixit Socin. lib. 4. conf. 79. num. 5. & 6. que concessa pro successoribus descendebant tantum, non transit ad alios; & ita iudicauit Regius Senatus, teste Gama repugnante decif. 5. num. 4. & 5. nisi concessio emphyteutis Ecclesia fiat cum clausula pro omnibus heredibus; seu pro quibuscumque heredibus; tunc poterit ad heredes extantos transit, authore Socino nepote conf. 71. lib. 1. num. 21. Gozad. conf. 14. num. 12. Roland. à Valle conf. 96. lib. 1. num. 51. Couart. varior. lib. 2. cap. 17. num. 5. Gigas de perf. quaff. 19. Valaf. de iur. emphyt. quaff. 49. num. 9. & Cald. de nominat. quaff. 21. num. 19. cum sequent. Imo si fiat concessio, pro quibus dederis, migrabat ad extra-

eos. Menoch. conf. 4. num. 26. Roland. cito. Curt. iun. conf. 4. num. 4. & conf. 19. num. 11. Mantic. tom. 1. de sacra. & ambig. lib. 2. titul. 9. num. 1. vbi ait transite ad extraneos, si concedatur pro fe, & heredibus quibuscumque; post Hieronym. Gabiel. conf. 76. num. 6. lib. 1. Imol. in l. quod dicuntur num. 14. de verbis obligatis. & Iul. Clat. §. emphyteutis, quaff. 6. vers. sed mancipi potest, Molin. noslet tom. 2. de iustit. dif. p. 469. enclit. 1.

Sed quid dicendum de emphyteuti hereditaria mixta? Respondeo illam vocari, que concedit ali-
cui pro se filiis, & heredibus; cum haec tamen ex-
positio, quod si emphyteutis fit laicus, seu facul-
tatis, & in ea appellatione hereditam veniant ex-
tranee, talis emphyteutis est simpliciter heredita-
ria: aut si emphyteutis Ecclesiastica cum nomine
heredum veniant: duntaxat descendentes, nisi mo-
nitionem alij exprimantur, erit emphyteutis solum
hereditaria mixta, proinde nemo qui haeres non
sit, siue filius, siue non, potest in euceredere. Iul.
Clat. §. ferdam, quaff. 9. num. 8. §. etiam emphyteutis,
quaff. 37. num. 2. & 3. & quaff. 6. num. 5. vbi de hac
re benti distinguunt: Valaf. quaff. 44. num. 9. de iur.
emphyt. vbi addit si concedatur pro fe, libertis,
heredibus, fini copula; tunc non admittit heredes
extantos etiam in profana emphyteuti, & proba-
tur ex Legge Regia, lib. 4. iurid. 96. num. 24. ibi: Sem
facer auq. an de heredibus, & successorib. Molin. tom. 2.
de iust. dispu. 47. fol. 1433. quia est emphyteutis
mixta, & vos heredibus non competentis descendentes,
quibus additur, nec diffunditur ad extan-
teos. Concedat Pinell. l. 1. Cad. de bon matrim. p. 3.
num. 90. illatione quinta, idem successores in illa debet
esse haeres: etlo, si filius; vt ait Bartol. in L. Prato;
§. erit ante, num. 1. ff. vñ bon. rap. lib. 1. qualitas. Alcia-
tus in 1. scindens, num. 9. ff. de verbis obligatis.

Simplicer emphyteutis sub hac forma concessa non est hereditaria simpliciter, sed mixta, Tibi, & heredibus tuis masculis, & de corpore tua marie: dicitur tamen hereditaria simpliciter ad effectum ut nemo succedere possit, nisi qui femei fuerit haeres. Ideo dicit de concessione Tibi, & heredibus tuis legitimis facta; quod si hereditaria ad humum effectum, quia vetum illud legitimus explodus illegitimos, oec au-
feret totum suum a verbo heredibus. Valaf. de iur. emphyt. quaff. 44. num. 16. & 18. Valaficum sequitur Molin. dispu. 47. fol. 1434. Quod si concessio fiat sub hac forma, pro heredibus, & successoribus? Re-
spondet Cald. de nominat. quaff. 21. num. 1. in Regno nostro dici hereditati, per legem nostram, lib. 4. iurid. 96. num. 24. Nam ut sit hereditaria, fatis est ut
concessio fiat pro filiis heredibus; vel pro filiis successoriis; vel pro filiis, seu descendantibus heredibus, probat Molina prolegamus, quia ex illo dicitur heredita-
ria, quia non potest apprehendit nisi ab eo, qui
haeres sit: erit ergo, si facultatis sit, hereditaria
simpliciter; quia nomine successorum intelliguntur
extraeoi iure hereditatio succedentes: sic Molin.
eadem dispu. ad fin. si vero sit Ecclesiastica, &
non fiat mentio de heredibus, erit ex pacto, & ex
prouidentia; si vetò fiat mentio de illis, est heredi-
taria mixta in dubio. Valaf. quaff. 43. num. 4. Cald.
d. quaff. 21. de nominat. num. 1. 4.

Ex dictis sequitur de iure nostro Lufitano bona Ecclesie in emphyteutis concessa transire ad ex-
traneos, quod ius nostrum commune est: secundum gloss. in cap. 1. 5. nos Extraneos, verba, & iuris, de pace Conf. Iason in l. septuag. illa, 9. q. quis, num. 6. ff. de verbis obligationis. Proinde ordinatio dum iubet ordinatio faccendehi, lib. 4. iur. 16. num. 7. ibi: Ete-
mando aliquem bono parafrase pera, seu eridere, & suc-
cessori, id est filii; & lata heredibus, & successoribus,

passara o furo à todos os seus eredeires, intelligitur à D. & citoribus Lusitanis, tam in seculari, quam in Ecclesiastica locum habere; ut ait Gama de cys. 50. v. 5. post Alexand. conf. 9. num. 3. vol. 5. Vnde si matrua institutat hæredem vxorem, illisque relinquit emphyteum etiam Ecclesiasticam obiciantibz fili, & suis hæreditibus, & successoribus, omisso nepote; preferendus est nepos uxori cui sui, & non est dividenda inter ipsam uxorem, & nepotem: quia Lex nostra loquitur de divisione facienda inter descendentes per ultimationem, dummodo illius hæredes fini, non vero ioret nepotem descendenter, & uxorem extantem hæredem: nec obstat Legem Regiam non loqui de emphyteusi Ecclesiastica: Quia oppositum est vetius; & ita fuisse indicatum tradit Gama etiam, num. 2. & receptum est post legem ciuilium disponere de emphyteusi Ecclesiastica, quando agitur de dominio vilii: ha Tiraquel, de retract. lignar. 5. 1. gloss. t. 3. num. 8. Anchast. conf. 43. 1. Paul. Calixt. conf. 194. Vafastura, lib. 1. & alij apud illum. Valalc. de iure emplo. quaf. 17. num. 1. Cald. de potest eligend. cap. 15. num. 34. & 35. vbi ait celsaote Ecclesie præiudicio legem ciuilium Ecclesiasticum emphyteum comprehendendere, & concessionem Ecclesie esse expediendar, secundum Legem Regiam, quia censetur quis co naras ille secundum consuetudinem, & secundum leges patrum: sic Roch. in cap. fin. de consuetud. fol. 50. num. 6. Cornelius conf. 95. lib. 3. num. 2. & conf. 18. post num. 2. idem Cald. de nominar. quaf. 7. num. 11. post multos, quos ibi sequitur, & num. 12. & 13. maximè, quia Lex Regia in utraque Carta, vñl. & ptaxi recepta est: et ibi tradit diuinistica ubi supra, tit. 19. num. 1. dicens post indicati res Ecclesie secundum leges canonibus non contradicentes; ut nos a gloss. in cap. 1. in verb. Adiuuantur, de nos oper. nominat.

6. Sed quid dices, si ita concilio: *Tibi, & hereditibus tuis ex corpore descendentibus;* et item hæreditatior, an ex prouidentia? Diximus supra hanc videlicet hæreditatiam mixiam, sed modo quatinus, so sit simpliciter hæreditaria? Cossart, affirmat d. cap. 18. *vers⁹ post⁹ fœsas opinio Pauli Caffrani⁹* col. 6. Et 7. quam opinionem dicit magis commoneorem. *Sylva conf.* 10. num. 15. & num. 14. & tenet Albert. *Btunus conf.* 14. *Ratio, quo oon possum Titij hæredes emphyteusis Titi obirent;* nisi adecent eius hæreditatim. *Nicolaus ramen Bellon,* conf. 3. num. 1. credit esse conciliobus de familia, & de prouidentia, prolude ac si nomen hereditis additum fuisset: ita *Clement⁹ fengal. 17. Patilus conf.* 10. num. 7. lib. 1. Socin. nepos *conf.* 72. ann. 37. lib. 1. Afflct. lib. 3. *conf. subr.* 14. num. 14. idem Afflct. decif. 14. *anno 10. Decius conf.* 395. num. 6. & *conf.* 187. Et confirmatur ex communī viō loquendi, quo solente homines hæredes vocare descendentes, & agnatos, quos sperant facie fluros perpetuā in emphyteusi, seu in feudo, & maiestate; explosa verbōrum proprietate: ut tradit *Iurisconsul⁹. in Lamen aliter.* q. fin. ff. de legat. 3. non attendentes ad nomen hæreditis; ut vir Decius *conf.* 8. num. 6. & precedent. *Valasec. de iur. emplo. gregi. 44. num. 13.* ad hanc ultimam partem inclinat, si conciliōs forma fiat *pros⁹*, & *hereditibus ex corpore suo natus:* quia verbum, *hereditibus*, filios rāntūm illi comprehendit, quia hæredes non nascuntur, sed à lege efficiuntur, excludominiis quando concilio loquitur *pros⁹*, & *hereditibus nascantur*, magis accedit ad emphyteusis hæreditariam.

Ego tamen ad hoc petitus in mea distinctione, siue emphytesis prima, an Ecclesiastica sit privata, etri omnino hereditaria, poterit ad quoscumque habendos traesic: si vero sit Ecclesiastica, erit etiam hereditaria non simpliciter, sed secundum

dum quid, & consequenter mixta; ita ut non possit pertinere ad filios, & descendentes, qui hæreditare esse noluerint. Ideo non est admittendum Pinell. in d. part. annos. 88. vbi tradit post multos inter le discordes, quos ibi sequitur, esse de prouidentia, non vero hæreditatione: Quia qualitas illa, hereditatis, debet sumi in propria significacione, nec tollit quin descendentes hæredes esse debeant; ita Rubetus conf. i. 8. dicens hoc esse magis commune, nempe esse hæreditationem: Catt. conf. i. 55. Grat. conf. 4. num. 48. &c. num. 5. lib. 1. cum Catrio etiam Alciat. conf. i. 60. num. 1. Affili. decif. 40. quamvis legendō fateatur se habuisse opositionem; esse hæreditationem tamen fuisse iudicatum sapphos referat à grammatis Doctoribus assertoribus ex Bald. in d. cap. 1. de eo qui sibi & hereditibus suis; & Paul. Castr. in l. ex facta, 5. fin. ff. ad Trebior. hanc formam inse-
stutio. Tibi, & tuu hereditibus ex tuo corpore legitimam decesseris, ita hæreditationem; idem Affili. decif. 195. tanquam communem opinionem repetit esse hæreditationem; facit idem Pinell. citat. num. 89. 5. sed in hac specie: vbi censet ex tanta varietate inter Doctores emphyteusum esse hæreditationem ad effudem, ut descendentes, & agnati non possint feendum, aut emphyteusum retinere omilla hæreditate, vbi istam formam concessionis emphyteu-
tice, seu feudalis vocat hæreditationem mixtam; quod admittimus in Ecclesiastica emphyteusi, & ipse admittit ex mente Seribentium, in d. cap. an agnati, vel filii: lege illum num. 90. 5. ex eisdem quatuor, vbi esse mixtam, non quia extant non admittuntur, sed quia requiriunt, ut successiores sint hæredes.

Sequitur ex hac resolutione, concessionem nisi,
& hereditibus meis legitimus, esse hereditatiū: & te-
spondet bui, nabi, & liberū, sed descendentiis,
ad quam emphycitum vocantur filii, dummodo
heredes sint, quae qualitas fuit addita à Domino,
ut necessarij heredes essent: sic Paris. conf. 6. num. 7.
lib. 3. Rimin. conf. 1. 24. num. 1. lib. 1.
num. 1. 1. Decius conf. 8. 5. num. 1. Iul. Clat. 5. emplo-
tensis, quod. 37. vers. aut. verò, vbi vocat illam mixta-
tam ex pacto, & prouidentia, & hereditatiū
secundum quid, quatenus non possit quis in ea
succedere, nisi sit heres. Idem Iul. secundum verbo,
quod. 6. & verbo, Fradum, quod. 9. num. 7. siquidem
huiusmodi concessioēs patrum sunt familiares,
patrum emphycitae hereditatiū, quia ad alios,
quād ad liberos traxit nequeunt; & est com-
munitas resolutione: Alexand. conf. 1. 26. num. 6. lib. 1.
vers. 6. illa verba. Consonat Couart. d. c. 18. col. 6.
& 7. & Bartol. is. 1. ut iniuriantur, si liberi, ff. de
oper. libert. num. 4. vers. sed si. Afflict. decr. 1. 93.
num. 7. & octat Pinell. d. num. 82. vers. ex proceden-
ti, post Rub. in l. Gallus, q. quidam relit, ff. de liber.
& polluti. num. 191. Conueit & Molinae conf. 50.
num. 3. aliter enim otiosè ponetur verbum, heredi-
bus, propter quod Iulius Clatus, 5. fradum, quod. 9.
vers. quandoque, in for. illorum opinione illipulsa-
tur dicendum hanc concessioēm censendum esse
mixtam filiis hereditibus factam; ne cogatur
dicere perperam fuisse adiunctam vocem heredi-
bus: cāmque sententiam viderot magis laudare,
quād oppidunt. Valas. de iur. emplo. quod. 44.
num. 13.

Sequitur secundū, concessionem factam sibi, & suā, intendere magis ad agnitionem & familiam, quam ad successioneū hæreditatim: nam dictio sicut significat familiam, ac sanguine coniunctos; idēc talis concessio est familiaris, ac de ptevidetia; cùm non fiat mentio de hæredibus: sic Vals. cit. num. 15. Cald. de nominis, quaf. 22. num. 3. 5.

Disp.IX. De nominat.emphyt. §.VII. 351

contra Pinel. d. 3. part. num. 89. dicentes nullam esse disfentem inter concessionem pro fato hereditibus, & concessionem pro fato, cum prior illi hereditatis sit; ut etiam etiis Cott. iur. conf. 155. num. 3. postea minime; cum dicto suo designet familiam, quamvis non heredes. *Lmarus*, §. 1. ibi, se si quis alio, ff. de iur. dotatio. Similiter erit concessio hereditatis pro fato, & filius hereditibus ab eius legitur defensoribus. *Valaf.* num. 18. ubi supra, post Paris. conf. 26. lib. 1. id est illam sequetur qui facit heres.

9. Sequitur tertio esse etiam concessionem hereditatam mixtam, que facta fuerit tibi, & filii, & hereditibus, adiuta clausula *scindendum fuisse*, & etiam *praerogativum*, contra Affl. Et. in cap. 1. §. hoc quoque, num. 3. de successione. scindit, dicentes esse de pacto, & prouidencia: sed fallitur, quia verbum hereditibus ibi positum aliquid debet operari, ut bene notar. *Sigilio*. *Lofr.* conf. 1. si adiungas princip. *cum fin.* & *Bald.* in rubr. *Cod. de courabend. emptor.* *Cald. de nominat.* quæff. 22. num. 41. idem ita in *Brun. conf.* 24. col. 1. ex eo quod pro hereditibus facta sit, vbi ait, esse hereditarium, que tibi, & hereditibus tuos maſculis sit, quoniam non impedit esse hereditarium concessionem, sed quam trahunt heredes maſculi, aut maiores nati, dammodo tamen heredes sint. *Vnde* reiſcus *Decius conf.* §. 1. num. 3. quatenus dicit concessionem pro filio, & hereditibus ulli hereditarium; nisi addatur verbum maſculis; quoniam tunc videtur descendentes vocari: sed fallitur: nam verbum, maſculis, vocat descendentes, si heredes sint, & non aliœ.

10. Sequitur quartum, quod accipiens emphyteusum hereditatiam, tenetur ad onera hereditatis, quamvis audeat hereditatem eum beneficio inventari, solumque confitit: quia emphyteusus hereditatis est, & venit talis emphyteusus in petitionem hereditatis: sic *Couart*, lib. 1. varior. cap. 18. num. 4. §. *etiam inferior*; ubi ait hoc esse communem. *Garcia de expref.* cap. 1. §. 83. *Manic.* de tecit. & ambig. rom. 1. lib. 12. tit. 7. lib. 16. *Alexand.* conf. 19. num. 6. *cum sequentib.* lib. 5. quia vita vites hereditatis conuenient, proinde tenebitur vita vites hereditatis, & tenetur satisfacere creditoribus etiam ex ipsa emphyteusi. *Cald. de nominat.* quæff. 14. num. 16. & num. 30. *Valaf.* de iur. emplo. quæff. 14. num. 5. lib. 1. *Clar.* §. *feudum*, quæff. 43. *Gama decif.* 5. quos sequitur Molin. de iug. rem. diffar. 477. ad fin. quod tamen negat *Iul.* *Clar.* d. quæff. 43. ad fin. in emphyteusi non simpliciter hereditaria, sed secundum quid, hoc est, hereditatis mixta, dicens huius heredes professe beneficium inventari, proinde oonvenit satisfacere creditoribus partis ex emphyteusi hereditaria mixta; sed ex aliis bonis, in quibus sunt heres partis: quod etiam dixit *graſt.* 42. *eadem verbo*, *feudum*, num. 14. verf. *faccelline* queri. Sed falsa pace fallitur omnino: quia haec emphyteusus non est omnino ex puto, sed patrum vel familiaris, & partim hereditaria, & non potest quis in ea succeedere, vt probauimus, nisi sit heres; id est accipiens, etiam cum beneficio inventari, tenebitur ad onera hereditatis etiam ex eadem emphyteusi: liberabitur tamen ab aliis oneribus, que sunt propria conscientia inventari. Sic Molin. *vbi supra*, additio cum *Gama d. decif.* 5. num. 4. etiam successores teneri ad onera vitimi possessoris, si emphyteusus etiam de familia suis emper ab eodem vito possessor; nam quoad opera, reputatur emphyteusus hereditas ad defuncto relicta possessori, & quoad melioramenta ab eodem defensori facta.

11. Quod si emphyteusus sit familiaris, seu ex pro-
Fragi Regim. Chriſt. Republ. P. III.

uidentia, nec sit hereditaria; successor in ea cum beneficio inventari adira hereditare, non tenebat solvere debita defuncti, nisi quoniam bona hereditatis aditæ paruerit: ita *Dodores* prælegat, quos sequitur *Mantic.* *citat.* post *Alexand.* d. conf. 19. sequitur *Cardin. Alexand.* post alios is cap. 1. col. fin. *de ex quæ fisi & hered. maſculi.* quod esse comeunatur receptione summat *Couart.* ibi, ad denses, si filius adest hereditatem consecro solemniter inventatio, non teneti ratae habere alienationem. emphyteusis factam à parte, quando emphyteusis non sit hereditaria; fecis ait si emphyteusis, seu feudum sit hereditarium, duennam ad emphyteusis etiam hereditaria, que secundum suam natum, vel secundum legis conventiones, vel ob pactum non potest comeunare extraneis hereditibus, ad extraneos non devoluatur. Hæc *Couart.* ibi.

Illud etiam obiter nota, quando emphyteusis Ecclesiastica est conceſſa filio, & hereditibus, filium hereditem institutum in re certa ad illum non admittit: quoniam defensor iure hereditario, & pro portionibus hereditatis, filius vetò ex re certa institutus portionem hereditarium nullam habet: sic *Mantic.* tit. 17. citare, à num. 17. oam dictio, *hereditibus*, pro herede uniuersali accepitor, *I. que id.* 5. & au-tem, ff. de edend. sequitur *Paul.* de *Calt.* is. 1. *quæfis.* *Cod. de hered. iusti.* num. 4. Si tamen emphyteusis sit conceſſa alieni, & eius filii simpliciter, tunc filii heredes instituti ex re certa succedit equaliter in emphyteusis Ecclesiastica; cum non defensor iure hereditario, neque requirit quod filii sint heredes uniuersales. *Paul. Calsteni.* in d. *Quæſtus*, num. 4. *Bartol.* in l. 1. *de iurisfruandi*, 5. ff. *liberti.* num. 5. & 6. ff. *de oper. libert.* *Alexand.* conf. 8. lib. 1. num. 1. vbi sic consilat opiniones: sequitur *Iul.* *Clar.* §. *emphyteusis*, quæff. 8. & post plures, quos ibi sequitur. Non tamen emphyteusis haec filii imputabatur in legitemmam; cum non defensor filii iure hereditario, vt hereditibus, sed ex filiis: fecis si conceſſa fuerit filio, & hereditibus, sic *Alexand.* d. conf. 8. lib. 1. num. 1. & *Bald.* conf. 10. num. 2. lib. 5. nisi emphyteusis fuerit empta ex pecunia patris; quia tunc imputatur in legitemmam, non res ipsa emphyteusica, sed pretium quo fuit empta. *Bald.* *citat.* & *Lex Regia* lib. 4. titul. 97. §. 12. ibi, *Salvo se o dito prezo fasse comprado, ou acquirido de dix heiro, ou fazendo de pais, ou moç, que o nomeem.* *Valaf.* de *partio.* cap. 13. num. 102. ex quo pater quantum pio emphyteusi dedi, tantum de boois dertaxis ad acquirendam emphyteusum, quod erat dividendum equaliter inter omnes filios, præsumque illud exiuit de patrimonio eorum in vita patris; aliter enim oocaret filii patet.

Denique si pater acceperit emphyteusum filio, & filiis, & hereditibus, ut se mortuo filio hereditibus, & hereditibus defraude, potest cam vni ex filiis in aliorum prædictorum prælegat: eo quod filius, qui est heres partis prælegantis, tenetur stare voluntari partis prælegantis, nec potest illi contravenire: quod si repudiauerit hereditatem, non potest emphyteusum acquirere: sic *Bartol.* in d. l. *de iurisfruandi*, 5. ff. *liberti.* num. 6. verf. *præterea, posito* quod pater, ff. *de oper. libert.* *Ialon* in l. 1. num. 21. *de iur. emplo.* *Couart.* lib. 1. varior. cap. 18. num. 2. *concluſ.* 4. sequitur *Mantic.* d. lib. 21. titul. 17. num. 103. Filios item, cum pater prælegavit illam, haber emphyteusim in solidum: nec legimus ex illa prælegata filii possunt extrahere: ut tradit *Alexand.* in *Lis queriam*, ff. *ad leg. falcid.* num. 16. & *Iago* in l. *sciens*, *Cod. de iugic.* *testament.* num. 7. dummodo ceteri filii suas habeant legitimas fal-

vas, quod si laci extent ob magnum pterium emphyteusis, tunc legatarius potest sibi retinere tertiam in pecunia numetata, & ceteris fratribus satisfacieat. Cald. de nominis. quæst. 24. num. 24. cœs sequent.

Illiud etiam nota non posse filium obtinere emphyteusum secularem cum clausula pro se, & hereditaria, sine pro se, & liberta, seu filio; nisi filius sit heres patris. Valaf. de iur. emphyt. quæst. 44. num. 6. Cald. de pœst. cap. 17. num. 49. Secùs in emphyteusis Ecclesiastica, qui non translit ad quocunque heredes, nisi ad filios; ideo possum filij conseq̄ui emphyteusum concessum pro filiis, relata hereditate. Conart. lib. 2. varior. cap. 8. num. 4. vers. quicquid deducitur. Se vero ea sit, que ad quocunque heredes, seu ad extraneas petitiones transire potest, ex parte secularis; hacten fieri posse multi facient ex forma huius inveniuntur, scilicet, si concedatur Ecclesiastica emphyteusis pro se, vel ex parte, vel filio, vel filia nominandis; illa vero non ex illemissib; pro alia quacunque persona a posteriori nominanda, vel si concedatur pro se, & duabus personis successivè nominandis; quoniam tunc non distinet à seculari; ideo filii non posse eam retinere, repudiata hereditate: sic Cald. vbi proxim. num. 49.

§. VIII.

Vtrum patet vendens emphyteusim sibi, & filiis concessam, possit illis præiudicare?

E P I T O M E.

1. Emphyteusis sicut & feudum de patre, & prouidentia, non potest alienari à parte in præindictum filiarum.
2. Etiam sicut & seculamente in securitate potest filius receperat emphyteusim.
3. Secùs si sit emphyteusis hereditaria.
4. Probabiliter rancor est pœsi patrem vendere in prædictum filii.
5. Concordia inter has opiniones.
6. Opini. Antwerp. cum dissimiliante.
7. Pater potest alienare emphyteusim hereditarium acceptam pro se, & pro quibus dederit, vel pro quibusque hereditaria.
8. Emphyteusis de bona Cetera non patet ab extraneis possideri.
9. Potest rancor dividendi inter filios, & heredes defuncti per allationem.

Non posse patrem in præindictum filii vendere emphyteusim sibi, ac filiis acceptam, tradidit Bald. & Angel. in l. apud belianum, §. quod aliud, ff. de legat. 1. Angel. conf. 183. Alexand. conf. 106. vol. 4. vbi eam dicit communem, & conf. 8. num. 1. lib. 1. & conf. 23. num. 13. vol. 1. Bartol. in l. iurisfrondi, §. liberti. ff. de bon. libert. & in l. iure qui, in fin. ff. de interd. & relegat. Gama Lutitanus decisi. 8. & 131. text. est in cap. 1. circa princip. de success. feud. qui quamvis loquatur de feudo, protogar ut emphyteusim. Ratio, quia ex illa stipulatione facta à parte recipiente pro se, & pro filio, acquisitum vitio in actio filii. l. quodcumque j. non solvo, ff. de verbis obligat. Feder. de Senis conf. 181. incipit, *Fallam off tale*, dico fratres & Bartol. 181. incipit, *Quæ filio ista habet duo dubia*. Idem Bald. in cap. 1. in verbo, quare nesciunt, de prohibit. feud. alienat. Et est communis opinio nou posse, quando emphyteusis conceditur

cum pacto & prouidentia, patrem alienare eam, præiudicando filii; ita Galpar. Roris de residibus, lib. 2. quæst. 22. num. 17. Secùs si sit hereditaria, nempe concessa pro hereditibus, vel pro quibus poter dederit, vel pro quibus nominantibus, feci nec feudum de pacto, & prouidentia potest alienare eum præiudicando filiorum. Sequitur Callianus in cap. 53. que opinio receptior est ex Valaf. de iur. emphyt. quæst. 49. § secundum casu, vers. sed quantum ego colligere possum, & Alexand. d. conf. 6. num. 8. & conf. 107. num. 1. lib. 4. & alij, quos referunt Piner. l. 1. part. 3. C. de bon. mater. num. 97. quoniam oppofitum patrem ipse tucauit, ibi, nro. 98. contra ceptiorem, quam ipse etiam tradidit, vocatice recipiorem. Addit Regin. conf. 48. lib. 1. num. 11. non posse alterari formant concessis emphyteusis sue antiqua, sine noua, in præindictum non conuenientis; maximè quando patrem non fuit primus acquisitus: tñm Corneus conf. 68. num. 7. lib. 3. tenet nec patrem posse renunciatem emphyteusim de patre, & prouidentia, in manus domini directi, in fauorem filiorum; quia videatur durum a filio sine suo consensu, & facto auferri id, quod sibi ex stipulatione patris fuit acquisitum: sic Valaf. vbi supra, vers. ego quoque ad eandem sententiam eo. vbi hanc receptionem probat opinionem. Item quia, ut bene Bald. notat in l. qui se patris, C. unde liber, tuis que filium ex noua emphyteusis est proprium ipsius filii, & ex propria persona vendit, profinde patrem dum feudum renunciat, videtur ius filium, non autem filiorum tenentias. Vnde non sunt audiendi qui dicunt filiis familias eo casu ius acquirit post mortem patris, & ante mortem posse illud ius ab illis auferri; quod est liberum dictum: cum ius etiam conditionale statim acquisitur, & vites habeat ex tempore praesenti: per text. in l. necessaria, §. si in art. ff. de patre. & com. rei vend. & pœsi transuersi etiam cum pendet conditio, §. ex conditionali. Inflit. de verbis. oblig.

Hinc patet posse mutari naturam feudi per plenum initium inter dominum, & vasallum in aliquibus, conferuata in aliis natura, & substantia feudi proprii: prout dicitur in cap. t. in fin. de feudo non habere propriam feudi naturam, & iure feudi censor, cap. 1. 5. præterea, quid sit inveniatur feudi. Hoc autem non procedit in iis, que veniunt in consequentiam pacta celebrati contra naturam ipsius feudi: ita Socin. senior in *I. Gallo*, §. erit omni parente, num. 6. vers. aliisque & feudum, ff. de lib. & postmodum. Neque ambiguus potest, modum inveniatur esse seruandum, licet non sit feudi tecpergnat: cap. 1. in fin. de dubio fratribus a Capitanio in *Melinus*, & ibi Bald. & Curt. iun. de feudi, quæst. 6. num. 10. & 1. quibus relatis accedit Cardinals Mantica de feudi, lib. 2. tit. 1. num. 16. & 27. Vide *supra*, §. 1. ad finem, num. 10.

Controvertunt, si lumen contractus boni fidei, an fructu lumen? Franciscus Coman, lib. 7. *commoderetur curia civilis*, cap. 12. num. 1. vult esse bona fidelis: idem Cardinalis Mantica d. 2. p. lib. 2. 3. tit. 1. num. 19. tradit. Ratio, quia in iudicis, & causis feudorum, exequias postillimus seruatur, quia maximus contractus bona fidei conuenit: *I. confusa*, ff. de oblig. & aliam, l. 3. C. *pro facio*.

Sed melius feendum esse contractum fructu incis volunt Bald. in cap. t. in principio, col. 1. & ibi Aluaro. de feudi cognitio, Socin. conf. 1. 6. vol. 1. Valafec. de iure emphyte, quæst. 18. num. 11. siue ita agentes de feudo debent stricto iure procedere: non autem super feudo ex equo & bono definitiorem est. Iunat §. alienum, nullum, de alienis, in quo nulla mentio sit de feudo, sicut nec de emphyteuti: idem etiam esse strictu turis diximus *supra*, dispe. 9. §. 1. num. 8. & 9.

Ceterum quia feendum est contractus nominatus, & vitro, citrōque obligatorius, tenetur dominus tradere feendum vasallo, vt illud possidat: cap. t. §. si facta de fendo, si de feudo defuncti fuerit contractus inter dom. & agnat. vasallus autem tenet esse fidelis, c. 1. de noua forma fidelitatis, nec potest sine causa ab ipso domino dimitti, & multo minus fine culpa. Sed nec etiam à successoribus expelli potest sine causa: sive deute pactum, quia obligat de iure naturae; sive sit beneficium, quia decet illud esse mansum: cap. decet, de regal. iuris, in 6. & Bald. in cap. t. §. notandum, num. 2. de his qui feendum dare possunt. Fidelitas igitur non solum seruanda est à vasallo erga personam domini, sed etiam erga bona ipsius, & honoris: per cap. t. de noua forma fidelitatis, *Zaxius in epistola feudorum*, part. 1. de feudi à rebus & feude degenerancibus. Quare alienum est à substantia feudi dominum nullo modo recognoscere: vt notat Præpositi in *prælud. feudorum*, num. 37. ad finem.

§. IV.

De forma iuramenti fidelitatis praestandi à vasallo Domino directo.

E P I T O M E.

1. *Forma iuramenti fidelitatis secundum iuris contractum inveniatur sic habet.*
2. *Apud Gallos duplex est forma præludiis dominum, vel iuramentum fidelitatis.*
3. *In Gallia quando vasallus non admittitur à Rege ad officium.*
4. *Feendum in dubio presumitur concessum secundum suam propriam naturam.*

§. Iuramen-

490 Part.III.Lib.VIII.de oblig.Dom.in Vas.

3. *Invenientium fidelitatis non posse fieri per procuratorem ostendatur.*
 6. *Altius quando requiri propria personam non posse delegari.*
 7. *Proferit fideli, quem Episcopus elellu facit, non potest fieri per procuratorem.*
 8. *Iuramentum fidelitatis versus est posse fieri per procuratorem ex causa iusta: & num. 9.*
 10. *Professio fidei, quae sit ab aliquo in beneficio prouisita, posset fieri per procuratorem.*
 11. *Iuramentum fidelitatis a vasallo factum quando sit repetendum? & num. 11.13. & 14.*
 15. *Haredu vasalli defunctorum a teneantur inter Domino?*
 16. *Potest quis se obligare alieni, & successori, non auctoritate, & successori.*
 17. *Famini succedentia in frude ad teneantur præstare iuramentum fidelitatis.*
 18. *Iuramentum fidelitatis ex exclusa famina à successione feudi? pars affirmans probabilit.*
- Sed negant eis probabilit, num. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*

1. **F**orma iuramenti ex iure consuetudinario hac est: *Ego iuro ad hanc familiam Evangelii Dei, quod amo in anima ero fidelis Tibi, scimus debet esse vasallus Domini: nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiseric Domini, pandem alij ad eam detrimentum me sciencie. Habeant in s. 1. Qualquier iurato debet vasallus Domini fidelitatis, lib. 2. fender, tit. 3. & Bald. ibi. Hoc autem iuramentum in his non fit, pro quibus fidelitas non est praeflenda.*

2. **A**pro Gallos ex consuetudine duplex est forma pæflandi hominum, vulgo *bennage*, & iuramentum fidelitatis. Nam si feudum est implexus, vasallus auctoramentum capit, sen hominum facit dominum, studiorum capite, iunctis manibus, dominumque oscularatur. Si autem feudum est ligium, homo ligins, manibus iunctis super sancta euangelia imponitis, aperto capite, exarmatus & discinctus Dominum deosculatur; iuramentum fidelitatis in utroque interposito per haec verba: *'Dominus, ego tuus ingredior, & in te fidem, & hominum vestrum, & me velutum praeficer vasallus ratione illius loci, sen oppidi, quod accipere a Te ob iurum, vel iudicium causam, &c. Prolatus ob id, & iure nunc, & in anima Tibi seruire contra omnia, & adimplere capitulo antiqua, & nova fidelitatis. Quibus dictis Dominus respondet: Recipio hominum tuum salutem iure meo, & alterius, & dicendo hoc defensuram vasallum in maxilla.*

3. **I**n Gallia autem non admittitur à Rege ad osculum vasallorum ignobilis, quamvis habeat feudum nobile; vt vult Specnl. tit. de fidei, 3. quamvis vero, vers. forma. Reliqua vero in aliis locis obseruantur solent in praeficatione iuramenti. Quod si Praelati recipiant, vel dent fidem, stolati esse debent praesertim factofanctis Euangelizatoribus Andreas de Yfernia, & Card. Alesand. In s. t. de nova forma fidelitatis, & in his standum est consuetudini locorum.

4. **F**endum item in dabo presumere concessum secundum propriam eius naturam, nimilrum ut iuramentum fidelitatis praefletur: ex cap. 1. de forma fidelitatis, cum rite sequenti, de nova forma fidelitatis, Bald. post Glossam in cap. t. in principio, num. 1. & Afflictus num. 3. de capit. Corradi.

5. **V**trum vero iuramentum fidelitatis praefletur possit per procuratorem vasalli? questio est: Pars negans ex eo probatur, quia iuramentum fidelitatis, quod praeflet Episcopi Sedi Apostolica tempore sua consecrationis, personaliter praefletur debet; Barbosa in cap. 4. Ego N. de interior, num. 1. & confirmatus ex. licet, 47. de tellib, vers. proprio iuramento,

vbi habetur, quod quando iuramentum requiritur, quod fiat manu propria allecios, non posse fieri per alium: quod etiam credunt Comari, in cap. quamvis patet, de pallie, lib. 1. p. 4. t. 5. num. 9. col. 3. Rebulf. in tract nomine, quaff. 10. num. 12. quos sequunt idem Barbosa in d.c. licet, num. 5. post Felin. ibi, col. 2. & c. 1. de interior. in 6. quantiam importat propria induitiam: Barbat. cunctis conf. 7. 6. Sapient, col. 3. & conf. 8. col. 6. in vol. 4.

Quinimodo pro hac parte facit actus, qui requirit propria personam; namque delegari non potest: A tet. in l. 1. s. 1. & ibi talon, & alij, & de acquirenda posse. Item quando in lege, vel Statuto præcipit ut tenbant, & Tabellione subscibant, tunc est de forma subscriptio illorum, nec suppletur per alium: l. 1. C. de commend. fisci debitor, lib. 10. & omnibus illius forme annular actum Roman. conf. 103. Quod primum, l. t. s. de liber. & posthum.

Iunat profilio fidei, quoad electi in Episcopos, aut ad alium Episcopatum translari, ex Ponitibus præcepto facient in manibus Episcopi signati ab eodem, quae aliter fieri non potest: vt ait Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 3. num. 7. vbi vult non posse fieri per procuratorem.

Pars tamen affirmans in nostro easa est verior, posse scilicet vasallorum facete iuramentum fidelitatis domino per procuratorem ex voluntate domini, aut si iuramentum fidelitatis ab Uniuersitate, seu pago fit praefandum, vel si sine plures filii vasallii defuncti, qui in feudo succedunt: unde si Dominus moratur reliqui pluribus filiis hereditibus, non omnibus hominum praefandum est, sed vni antiquiori sufficiet praefat: Bald. in cap. annos. 6. de fidei defunctorum successione inter dominum & agnates vasall. Ex consuetudine Patiborum non admittitur praefatio homini, & fidelitatis, nisi ex legitima excusatione, per procuratorem. Quod si feuda ad dignitatem speciei, aut si persona ratio est incuria, vis dabitur locus, vt procurator possit facere hominum, seu iuramentum pro alio; & eis quia, que sunt huiusmodi, cotam, & fine mandata explicant debent.

Indistincte tamen diei potest ex causa aliqua iusta posse fieri hoc hominum, homagium, seu iuramentum fidelitatis per procuratorem. Probatut, quia qui per alium facit, per se ipsum facere dicitur, vt est illa regula: alioquin se queretur notario absente, vel vacuacione, non posse rem alteri committi. Nee refert, si dicatur hoc propriis manibus debere fieri. Nam compatentitas contahitur per procuratorem, secundum communem in cap. annos. de cognit. fibrinal. Felin. in cap. licet, de tellib. Suffragant eis, si quis suadente, 17. quaff. 4. iuvile cap. monstra, de fons, excommunicat. Panorm. in cap. fidel. de iuram. calamus, ex quo deducunt non importanti personali atem, vel industria, quando dicunt tantum manibus propriis. adhuc enim potest fieri per alium; Cardin. in Clem. de interior, quando actus non est vel personalis, vel non est electa persona, nec industria illius, quamvis dicant, propriis manibus: Bald. in l. un. 9. ne amorem, C. de caduc. collend. Item valet actus non seruata forma virginis necessitate: Alesand. & Socin. in l. 1. s. de liber. & posthum. Bald. in rubrica, C. de fidei in tellum. Necesse tamen erit, vt procurator protestetur se facere nomine mandantis: Bartiol. in L. de tellib, 9. s. de ipso, de tellib, & in specie decidunt, s. sed etiam, vero, sed utrum ipse, vel alius pro te invenientiam faciat, vel suscipiat, nihil interfere putamus: potest enim hoc usq; & per procuratorem ab uterque pars expedit, lib. 2. fidel. tit. 3. & in 5. item inveniatur, de neufridum, cod. lib. 1. titul. 18. ibi: inveniatur per fes, vel per suos auxilium dari, & scripsi patet. Petr. Genuinus d. 1. part. iuri uniuersi, lib. 6. cap. 2. num. 8.

vers.

6.

7.

8.

9.

Disp. XVI. De natura feudor. §. IV. 491

vers. nihil autem interf., libro I. id ipsum tradit.
Quare facendum est in nostro casu posse fieri hominum, & iuramentum fidelitatis domino à vasallo per procuratorem: vnde in cap. 1. §. tertio, de statu regulacionis, in 6. habetur ex consensu domini posse valitatem iuramenti prestat fidelitatis per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum: Rom. singulare 198. Archid. in cap. sibi domino, dicit. 1. Si tamen vasallus sit impeditus, ita ut non possit comodè accedere ad dominum, tunc iurito domino poterit mittere procuratorem cum speciali mandato.

Longè aliter de iuramento Episcopi, quod facit Summo Pontifici: id namque debet facere per propriam personam, ut probat argumentum in principio, & deducitur ex traditis per Couart. in d. c. quamvis pallium, t. part. 5. 1. num. 8. vers. sed si lex requiriatur, pro quo faciunt verba Bullæ Summi Pontificis concedentis certo Episcopo, ut professionem fidei Episcopi electi accepimus, de qua Sanchez in *præcepta Decalogi*, lib. 1. cap. 5. num. 7. qui sic habent: *No properbus ad Sedem Apollonicae accedendo personaliter labores cogere: volunt parcer laboribus, & expensis, Fraternitas velut in commitmentum, &c.* At illo poiter praefati per procuratorem, non opere et lege parcer laborebus, nec expensis; sed posset Episcopum facere facultatem Romano procuratori; ut Romæ nomine suo iomanibus Pontificis professionem fidei praefaretur: Ergo licet iuramentum fidelitatis possit fieri à vasallo per procuratorem, praesertim quia in d. lib. 3. lib. 2. de fidei, id conceditur fieri per nuntium: non tamen idcirco arguendum est de iuramento ab Episcopo praestando: Sanchez in *præcepta Decalogi*, lib. 5. cap. 1. num. 21. 22. & 23. eum sibi.

Hinc deduci potest dictio quoniam, an profilio fidei, quia potest fieri à propria beneficis, fieri possit per procuratorem? Affirmo sot aliqui argumento iuramenti, quod potest per procuratorem praefari: cap. final. de iuram. salutaria. in 6. cap. 1. §. tertio, de statu regul. in 6. Namatt. lib. 1. conf. in 1. edition. tit. de summ. Trident. conf. 4. num. 2. & in 1. edit. lib. 1. tit. de iur. conf. 1. num. 8. Azot a part. In istis, moral. lib. 7. cap. 4. quæst. 6. Debere autem fieri personaliter censui Congregatio Concilij, ut notat Additio ad *Narrari confitit*, d. conf. 1. ad finem, & refert Zerola 1. part. verbo, fidei professio. Nihilominus potest fieri per procuratorem tradit Sanchez *sapientia*, lib. 2. cap. 5. num. 7. quia in Coocilio Trident. fest. 24. ap. 12. nullum est verbum ex quo colligatur professionem fidei esse faciendam per propria personam.

Maior est difficultas an iuramentum fidelitatis praefixum semel domino à vasallo, sit iterandum eidem Domino ab eodem vasallo? Responsum est negativa, nec potest vasallus cogi ad teperendam iuramentum, quod semel factum est rite, & recte. Quod si dicas Concilium Trident. fest. 25. de referente. cap. 1. statuerat Magistros Vniveritatem in principio cuiuslibet anni solemnem iuramento se artare ad docendum secundum decreta eiusdem Concilii. Respondetur praedictum iuramentum, & repetitio nem illius in Magistris non esse otiofam, sed maxime utilem, ac necessitatem ad tenuandam memoriam præceptiorum, ne in illis tenetundis sint negligentes. Quare quoties reouatio iuramenti aliquam præ se ferat utilitatem, iuramentum repeti potest, & in renouatione votorum quæ singulo quoquo semestri apud Societatem nostram solet fieri, precedente confessione generali; ut hoc modo ad obseruationem votorum, obedientie scilicet, & alitatis, & pauperatatis se accingant, & fortius præparent.

Idem autem procedet etiam respectu successorum, quando nimirum dominus, cui iuratum fuit, est iam

defunctus: tunc vasallus cogendus est iurare successori defunctorum. Circa tamen hoc ouus soleat causas assignari. Primum, quando iuramentum sit sub hac forma: *Ego vero Tibi fidelitatem, & successorum tuorum, iurata concenserim in cap. Ego N. de iure. in quo causa nulla est dubitatio, ut notat Couart. in cap. quamvis pallium, de palliis, lib. 6. 1. part. 4. 1. num. 4. & 5. Sot. tom. 1. de religione, tral. de iuramento, lib. 2. cap. 31. num. 1. & Sayt. in clavis regia, lib. 5. cap. 6. num. 19. post Panorm. in cap. veritatem, num. 3. & Glosa ibi, in verbo, compellamus, & iure. Angel. verb. iuramentum 5. num. 40. Sylva. redem verba 4. quæst. 3.*

Secundus causa: Si iuramentum sicut aliqui sub nomine & ratione dignitatis, quamvis nulla fiat mentio Successorum, celebret factum erit quod ad successores in illa dignitate, quia dignitas non variaatur per varietatem personarum: argum. e. veritatis, & iure. In dubio autem an actus aliquis tribuatur persona, vel dignitati ex coniecturis stabilitur.

Tertius erit, quando cum iuramento aliqui particulari aliiquid pollicetur; vnde illi quæritur obligacione nisi aliud suadetur materia subiecta, & intentio iurantis, secundum quam iuramentum est standum, obligabit erit quoad hæredes, qui in illo debito successerunt defuncto, licet in tali iuramento nulla sit mentio successoris, translatum tamen iuramentum ad hæredes: Sayt. d.c. 6. num. 19. & Bartoli. in d. c. veritatis, & iure. num. 5. Idem erit quando iuramentum fidelitatis factum fuerit à vasallo, non sub nomine appellativo dignitatis, sed espresso nomine proprio fine villa mentione successorum; in quo casu etiam ad successores transire probat text. in d. c. veritatis, & iure. ibi: *Nobis, vel alieni successorum, &c.* Et quia iuramentum, vel promissio facta aliis expresso nomine proprio in te tandem ad d. dignitatem pertinente, ad successorem dignitatis translat: Couart. in d. c. quamvis pallium, part. 1. 5. num. 5. veritatis. Proinde cum fidelitatis iuramentum veretur circa rem spectantem ad dignitatem, recte sequitur praedictum iuramentum, seu promissio translatum ad successorem: potest vult Couart. *sapientia*, num. 4. & 5. & in c. requisili, num. 1. de testam. reedita Glosa ad cap. Ego N. de iure.

Nec refert text. in cap. 1. §. præterea, de probabilitate iuramenti, per Federicum: *Quoniam non loquitur de vasallo, qui semel à domino inuestitus, illo mortuo, tentatur ocam ab eius successore inuestitum petere: sed loquitur de vasallo novo, qui in ea certum tempus inibi praefixum, tenetur à Domino inuestitum petere: Bartoli. in d. c. veritatis 14. de iure.*

Quid ergo de heredibus vasalli, qui loqua vita iutauit? Responde illos, non obstante iuramento vasallorum, iurare fidelitatem Domino: tis D. Th. & ibi Caiet. a. 2. quæst. 98. art. 2. ad 4. D. Anton. p. 2. tit. 10. cap. 6. 5. 3. cap. 10. Sot. lib. 8. de inst. quæst. 1. art. 2. ad 4. Aleiat. in c. cum contingat, num. 120. & ibi Imol. num. 18. de iure. Nam iuramentum ex parte iurantis ita est personalis, & eius obligatio ex vinculo iuramenti, ac religionis nullo modo ad hæredes translat, ac iucelliores ipsius iurantur; & ex consequenti non adimplentes iuramentum defunctorum sunt hæredes petiuti, quia iniurandum est personæ vinculum, & obligatio sponte assumpta ex virtute religionis, utque ita ex vi iuramenti non potest eius obligatio extendi ad aliam personam: Est communis, ut volunt Doctores ciuii, quos refert & sequitur Gutierrez. de iuramento confirm. 3. part. cap. 1. num. 7. & Gomez. ver. tom. 2. c. 1. 4. num. 19. & Matienzo lib. 5. resolup. tit. 10. glori. 13. num. 10. Quod procedit etiam quando vasallus iurauerit fidelitatem

13.

14.

15.

pro se, & pro suis successoribus; adhuc enim non tenebuntur successores ex vi iuramenti fetiure fidelitatem: quia cum obligatio iuramenti personalis sit, a nemine alio potest quispiam obligari nisi Abbas in c. veritatis 3. de iure iurando. Padilla in l. si quis maior, nam, i. C. de translatiōnib⁹. & Sanch. in praecep. Decalogi, lib. 3. c. 3. n. 1. & sequent. vbi concludit non teneri successores ex vi iuramenti, sed ex vi contractus.

16. Quoniam etiam cur possit quis se obligare alicui, & successoribus sub reatu perire, non autem obligare se, & successores? Respondeo, quia in primo capitulo agitur de obligatione propria: in secundo autem agitur de obligacione aliena: Abbas in d. c. veritatis, num. 3. de iure iurando. Sayto in clavis regia, lib. 5. cap. 6. n. 10. id est non potest quis se obligare, & successores suos in illis spiritualibus sine speciali mandato: D. Ant. parr. 1. tit. 10. cap. 6. n. 3. arg. c. fin. de iur. calumniis 6. Non enim anima potest obligari, nec ligati in spiritualibus nisi ex consensu proprio.

17. Ambiguitatem item ac feminis succedentes in feudo teneantur praestare iuramentum fidelitatis? Respondeo, ut si in aliquo feudo iuramentum est per blandum, non posse feminam succedere: Purpuratus ens, 3. num. 3. & 4. & 8. vers. nec etiam refragetur, & num. 9. & Decius conf. 3. num. 45. lib. 2.

18. Hinc argui potest, iuramentum fidelitatis, quoties a feminis exiguntur, illas excludeat. Ratio abhinc dicitur, quia iuramentum fidelitatis continet fetiurum personale, quod feminis nequoniam honeste praestare: ergo ratione iuramentum non debent admitti ad feodium, cum arma tractare nequeant: neque decet femininas e ceteris virorum se immiscere. Secundum sunt inconstantes, & tet mutantur in horam, & secteta difficultate tenentur, & custodiuntur: Bald. in l. questionis, col. penult. C. de fidei & legi. Curtius ian. de fidei. in 3. p. 1. regula R. O. L. conf. 1. num. 10. & 11. & 16. vol. 4. vbi addit. si feodium de sui natura praestare iuramentum fidelitatis, sub quo continentur illa sex, de quibus in cap. 1. de nova forma fidelitatis, que omnia non possunt explicari per feminas: igitur non possunt succedere in feudo. Idem Roland. d. vol. 4. conf. 48. num. 36. & 40. & conf. 90. num. 3. 1. vers. quinto, & n. 44. vol. 4. post Alexand. conf. 3. num. 7. vers. praeferre dictum Isenna. lib. 3. Decius conf. 1. 19 vers. non obstante allegata, & sequitur Hieron. Gabriele conf. 79. num. 7. lib. 3. Sed his respondetur. Ad primum, quod in illis casibus, in quibus feminas administrantur ad feodium, possunt feminam fetiure per alium, ex quo non possunt per se. Non autem sequitur ex hoc, possunt fetiure per alios: ergo possunt obtinere feodium: quia potest aliud impedimentum obstat. Ad secundum dicimus quod illa ratio non est finalis, sed impulsiva, vt inquit Izernia in cap. 1. §. hoc autem notandum, quifrid. dare possum. Menoch. conf. 6. num. 18. quinimodo Bald. in lib. 3. quia feru. C. communia de manu missum. num. 1. certe iuramentum fidelitatis non esse de substantia feudi: sequitur Decius in l. 3. item impubera, num. 6. de regul. iuris, quod sane iuramentum etsi omnino praestandum, si ratio precipua, & finalis, est præstatio eorum, quoz in iuramento continentur: Menoch. d. conf. 6. num. 45.

19. Probabiliter tamen videtur pars contraria, quae habet iuramentum fidelitatis non excludere feminas, nisi per alias causas, & rationes debeant excludi: ita Menoch. d. conf. 6. num. 1. & probatur ex c. unico, §. verum, de statu reguli. 3. lib. 3. dicitur, quod si Abbatis, aut Prioriss. causis vel Monasterio pro feudo, quod Monasterium ipsum temet per alios Princeps temporalis, debet ei benogium, vel fidelitatem Sacramentum praestare, spredi poterit de Monasterio decens comitatu faciat, & homini filio, ac fidelitatem Sacramente proficit, quam primum se recipere ad Monasterium. Quod si per pro-

curatores possit praestare Sacramentum fidelitatis, non debet permitti exitus de Monasterio. Confirmatur argumento Ecclesie, seu Monasterij, quæ, vel quod non excluduntur à feudo propriæ iuramentum fidelitatis: igitur nec debet feminae excludi; quantum in hoc casu eequiparantur: Roya. conf. 1. 8. n. 6. & 17. lib. 1.

10. Iuvat cap. si cui militi, do feudo & beneficio in extra-ordinariis causis: quæ sicut constitutio its scripta est: Si cui militi ad certum fermium datum fuerit, & que reliqua ex se descendente feminam decesserit, quæ id fermium iuxta fenni condicioneum non minus decenter praefere posset, quam masculi: si in insufficiencia minima causam sit, ut & feminam ad id aspirare valeant, eas ramen admissi patuerint. See ibi. Cuius constitutionis meminit Menoch. d. conf. 6. num. 16. vers. prima enim: vbi ostendit feminam posse succedere in feudo, quando iuramentum decenter domino praestare potest.

21. Suffragator, feuda de quibus illa constitutio loquitur, annexum habere iuramentum fidelitatis: quia cum agat de feudo concessio per inequitatam, iuramentum fidelitatis comprehendit, cum illud omnino praestandum sit, nisi expedit fuerit remissum: Flotiens. in famula sit de feudo, vers. cum fidelitate, & Ioann. Andri. ad Specul. sii. de praescripti. in additione prima, in fin. donec tradit iuramentum, non autem fidelitatem pacto temisti posse: atque ita quando iuramentum non est expressum remissum, praestari debet. Et sic autem capitulum, Si cui militi, authenticum, & posse allegari licet Bald. in c. 1. & quia videtur, qui feendum dare possum, & Rom. singulis. 177. Hostis, & conf. 1. 67. n. 12. Coen. conf. 1. 6. col. penult. vers. sed postea, lib. 3. & lat. conf. 1. 1. 1. vers. secunda respondetur, lib. 2.

22. Confert huic sententiæ, quod feminam potest consequi feodium francum, prout volunt Alex. conf. 10. n. 1. & conf. 30. n. 1. 4. lib. 1. Bald. vbi proxime Barbat. in c. ex parte 1. n. 1. 5. de verb. signif. & Ruyn. conf. 14. n. 9. vers. & similares, lib. 1. at qui est qui consequtitur feodium francum tenuerit ex eis contenta in iuris de forma fidelitatis, & de nova forma fidelitatis, ut docent Ioann. Andri. in additionibus ad Specul. sii. de praescripti, vbi sapientia & Paul. de Castr. conf. 1. 10. incipit, Circulad quod primo queritur, col. 1. vers. 2. aliter ergo lib. 1. dignitatem feminam non excludit ut a feudo propriæ iuramentum fidelitatis, & vetus est posse obtinere feodium francum.

23. Conducit quod ex consuetudine teglonis multa in locis ad feuda feminæ admittuntur, prout ferunt Certe. iun. in tract. fender. p. 3. n. 10. & Jacob Beluisius, quem allegat, & de consuetudine Gallie meminit Guid. Pape. 9. 19. & 9. 197. Dec. conf. 44. num. 10. de quo dicimus infra suo loco, c. cum actum fuerit, an feminas sint habiles ad feuda consequenda: Sed in illis casibus, in quibus feminæ possunt administrari, fetiure possunt per alium ex quo nequeant per se: Menoch. d. conf. 6. num. 36. & num. 40. Non ergo fidelitatis iuramentum est in causa, ut feminæ non obtinere feodium.

24. Fauer quo dicitur, quod quando inequita excedit pro realculis, & feminis, feminas succedunt deficiencibus omnibus masculis, probat cap. 1. §. quia etiam Episcopo, & Abbat. & ibi omnes, quos refert Paris. conf. 9. num. 3. lib. 1. concedunturque omnes hoc esse feudum proprium, & masculos in eo succedentes praestare iuramentum fidelitatis, & personale servitium; quod omnis etiam transit ad feminas: quare iuramentum fidelitatis non obstat feminis. Idem Paris. conf. 1. 2. num. 3. lib. 1. vers. & probatur. In lib. 3. num. 18. probat argumento infantium, & imputetur nec fidelitatis iuramentum, nec præstatio nem fetiūtum impideat eos in concessione feudi, qui dominos in prælio iuvare non possunt, nec con filio.

filio, ne que fecerit commissi reticentis prodebet illi postulant: sed huiusmodi infantes, & impuberis possunt tenet feuda, ut vix Parvum supradicit Ang. in l. de C. de regiam nullum, & Bald. d. L. 1. Jacob. I. san. Quo Georg. in inuesti. feudi, i. s. verbo, qui quidem inuesti. tura, n. 23, & 26. dicentes hos memoratos posse feuda retinente: igitur sicut infantes, & impuberis non excluduntur a feudo, neque tamen postulant inter se p[ro]tatio ad dominum iusandum armis, & consilio; idem dicendum est de foemini.

Vltimò probat, quia cum feminis in multis casibus admittantur ad feuda, non potest dici, quod instrumentum fidelitatis obliter illius; alioquin sequeretur, quod nunquam feminis possent in feuda succedere, si in coorte feuda iuramentum fidelitatis sit necessarium, nec per alium, securius praefari valeat. Quare vel dicendum est, quod ea que continentur in iuramento fidelitatis possunt exhibeti per idoneum substitutum, vel quod tale iuramentum non sit peccatum, quando feminis admittantur ad feudi successionem: quod ea que respiciunt securiū personale remissa intelligantur: ita Parv. conf. 16. n. 8. & seqq. lib. 1. & Decisa. conf. 5. n. 47. & 48.

S. V.

Quotuplex sit feudum, & in quo species diuidatur.

E P I T O M E.

1. Prima divisio feudorum est, in feudum secularis, & Ecclesiasticum.
2. Secunda est in Regale, & non Regale.
3. Tertia est in nobile, & ignobile.
4. Quarta in feudum reale, personalis, & personalissimum.
5. Quinta in feudum ligatum, & non ligatum.
6. Sexta in masculinum, & femininum.
7. Septima in feudum habens propriam naturam feudi, & improriana.
8. Octava in invabile, & non invabile.
9. Nonna in feudum divisible, & non divisible.
10. Decima in feudum perpetuum duraturum, & in feudum ad tempus.
11. Undecima in feudum frumentum, & non frumentum.
12. Duodecima divisio in feudum transitorium ad omnes heredes, & non transitorium.
13. Decimateria divisio est in feudum de pallo, & prouidentia, & in feudum hereditarii proprii sumptus.
14. Decimquarta divisio est in feudum antiquum, & in feudum novum.
15. Decimquinta divisio est in feudum parum, simplex seu realium, & in feudum conditionatum.
16. Decimsexta divisio est in feudum paternum, & maternum.
17. Decimseptima divisio est in feudum Guardie, & Caſtalia.
18. Decimoctava divisio est in feudum de Camera & de Caura.
19. Decimnona divisio est in feudum in Curte, & extra Curtem, & Soldata.

Non primis feudum diuiditur in seculare, & Ecclesiasticum. Seculare est quod Ecclesiasticum non est, & a seculares concedit alii secularibus. Ecclesia ita ita modis dicitur tale. Primo, quod datur aut suscipitur ab Ecclesia propter Ecclesie nomine. Secundo, quod datur a Clerico non tanquam ab Ecclesia, ut babetur in c. 1. de Clerico qui inuesti. facit, lib. 1. feudal. & c. 1. quibus modis feudum conficitur p[ro]p[ter]. Tertio, quod recognoscitur ab Ecclesia, & Clerico, & finaliter de cap. Corradi, lib. 1. feudal. Petr. Gregor. in p[ro]p[ter]. Synecm. iuri. volueris, lib. 5. c. 1. Card. Mant. a p[ro]p[ter]. Fragosi Regim. Chrit. Reipubl. P. 111.

sacra. & omnis. lib. 2. 3. 4. 5. n. 8. Bald. in premisso feudal. in v[er]o feudal. diaf[er]. n. 5. 6. & Zaxius in epistola feudorum, p. 1. 2. 7. & Cutt. a[re]n. de feudis, in 1. p[ro]p[ter]. secunda pars prima.

Illiud etiam aduerso feuda Ecclesiastica ex capitulis feudo tam esse decidenda, nisi à iure Canonico aliud sit decimus. Item Ecclesi JUDICI seculari ratione feudi subdita est, sicut & Clericos habent feudum secularis quod feudum est subditus IUDICI seculari, solita de rebus. & abred & S. debet, in c. Romanis, de appetit. lib. 6. Ceterum quamvis feudum sit Ecclesia sicut, si eo occidatur laico, ville dominium eius iacuit, & de illo prout de qualibet alia re rem potenti iudicandum est. Sed de his aliqua supra, §. 1. n. 1. 16. 17. & dia[lo]giis sequentibus.

Secunda divisio feudorum est in Regale, & non Regale. Regale dicitur feudum, quod habet dignitatem annexam non Regale est, quod est dignitate. Ut autem feudum sit regale, duo sunt necessaria. Primum, quod Regnum, vel Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, vel alia dignitas concedatur. Secundum, quod habensmodi Dignitas ab Imperatore, vel a Rege, vel ab alio supremo Princeps tributar. Quare feudum regale non dicitur, quod fuerit concessum a Princeps. Superiorem recognoscemus, vel quod conceditus ab hoc supremo Princeps sine titulo dignitatis: c. 1. de feudo Marchie, vel Duram, vel Comitatu, iunctu c. 1. in princip. de his qui feudum dare possunt, & c. 1. in princip. & q. 1. qui dicitur Dux, Marchio, Comes, vel Capitanus, vel Valuator, lib. 1. feudal. Petr. Gregor. d. cap. 1. num. 10.

Hac autem divisio placet Baldi in preludio feudal. n. 3. Titaq de Nobilitate. p. 1. & Iul. Claro. 3. feudum, q. 10. post alios ibi relatios, & Rimini. Jun. conf. 5. n. 9. 4. Erat ergo feudum non regale, quando res priuata, vel pagus, seu ealcum simplex, vel alia simplicies priuatae res tribuantur: Petr. Gregor. d. cap. 1. num. 12.

Tertia divisio feudorum est in Nobile simpliciter, & in minus nobile, & in aliud quadratum nobile, & in simpliciter ignobile. Nobile simpliciter est illud, quod à Papa, vel ab Imperatore conferatur in Regnum, Ducatum, seu Marchionatum. Minus nobile, fed item nobile, quod à Rege, Duce, seu Marchione conceditur. Aliquantiter nobile est, quod ab habentibus feudum à Rege, Due, Marchione, hoc est à valassis Regis aut Marchionis tributar alii infestioibus.

Ingnobile autem dicitur feudum, quod conceditur ab illis inferioribus, minoribus scilicet Valuatoribus, qui & minimi dicuntur, à quibus nulla dignitas obinetur porectura Jacob. Belai. in premisso feudal. in 6. diaf[er], vbi id probat in c. 1. in princip. sit qui feudum dare possunt, & in c. 1. sit. de feudo Marchie, vel Ducatus, vel Comitatu: & hac distinctione v[er]o est Ioannes Andree in addit. Specul. in rubric. de prafcript. col. ultim. Card. Alex. in premisso feudorum, in 2. diaf[er], & ibi Iason in diaf[er] 10. & alii, quos referunt sequitur Titaquell. de Nobilitate, cap. 7. num. 6. fol. 62.

Petrus tamen Gregor. in 1. p[ro]p[ter]. omni. diaf[er], lib. 6. c. 4. in principio. n. 1. ex Baldi. in ipso feudal. premisso in penult. diaf[er], sit feudum nobile esse, quod suum nobilitat possit: ignobile autem feudum, quod alio nomine dicitur Burgense illud est, quod suum possit: non nobilitat. c. 1. q. castri, qui dicuntur Dux, Marchio, Comes, vel Capitanus, vel Valuator. Addit Titaq. supra. d. c. 7. n. 7. feudum antiquum, non autem novum p[ro]p[ter] se ferre nobilitatem: quia nobilitas non vacuit in numero temporis: sequitur Dec. conf. 15. incipit. Placit m[od]i, col. 1. v[er]o quare facit: atque ita feudum nouum non nobilitat: idem Baldi d. c. 1. q. castri, qui dicuntur Dux, &c. n[on] concedatur ab Imperatore, vel à Rege: tunc enim valalus est nobilitas.

Feudum item nobile non ex eo dicitur nobilitas, quod habeat dignitatem: nam minima etiam Caſtra concedit.

T t concedit

concedi possunt in feudum nobile; sed ex eo quod seruitus habet nobile, ac proinde a tali seruitio nobile vocatur; nam ita si quis annuatim per recognitionem dominij directe soluat vuom Accipitrem: Paul. de Calt. c. 46. n. 5 lib. 1. sicut dicitur nobile simpliciter, quod babet iuridictionem, merum, & mixtum imperium, sive ex privilegio, sive ex consuetudine legitimis prescripsa: Bald. c. 129. col. 1. vers. circa terminum scindens. e. lib. 2. Titul. de nobilitate, cap. 7. num. 8.

Contra vero, si feudum conferatur a minimis vasalibus, vel a plebe, feudum est ignobile, seu Burgense; quia possessorem non nobilitatem: Bald. in prelud. feudor. n. 55. Ruy. c. 69. n. 19. lib. 3. Rusticus enim sive ignobilis, Burgenus vocatur, teste Titul. de nobilitate, e. 7. n. 5. fol. 61. Andri. de Ysternia in e. 1. 5. si vero conigeris, circa medium, sive de pace iuram, firm. nam feudum quod paucos habet vasallos, non sicut esse nobile: sed eti. nobilis fendarius, quando fuerit Dominus vasallorum, & in illis habuerit iurisdictionem; non quod rei nobilitas in sit, sed quia homines vasallos libi subditos habent.

Quarta diuina est in feudum reale, personale, & personalissimum. Reale est, quod ad descendentes recipiens regulariter transiit, ut patet ex e. 1. §. beneficiis, in quibus causis feudum amittitur: & hoc feudum proprium est, cui feudi definitio maximè congituit: Quare qui feudum capit sine mentione filiorum, vel heredum, intelligitur subcepisse per suis descendentes: Alli. in prelud. feudor. q. 5. col. 11. quod non procedit, quando feudum est personale: Nam personale feudum finitor cum persona, oec extensit ad heredes, ut et feudi habitationis: e. feuda habitacionis in capite extraordinarii, & Soldata, videlicet quando nobili, qui incidit in paupertatem, assignatur pension annua: e. 1. quod dicitur Dux, Marchio, Comes, vel Capitanus. Quod feudum etiam non personale tantum, sed personalissimum nuncupatur: eo quod nec ad heredes dantur, & que ad heredes recipiens traesit: quod sane genus feudi est improprium: ut vult Pratz. in prelud. feudor. n. 48. Petr. Greg. i. p. iuris visuensi, lib. 6. c. 5. n. 6. post Bald. in prelud. feud. Valaf. de iur. emphe. q. 4. n. 11. vbi de feudo habitationis, & n. 11. vbi de feudo personalissimo, ut feudum Soldata: sequitur Garc. de expensis, e. 1. n. 16. vers. Soldata, inquit, si prefatio quadam annua grantia, quae a nostra parte transita in heredem. Morte namque dantur, vel accipientis intercedente finitur: & dicitur Soldata, quia plerique in doatione solidorum constituta quo non incepit Soldati nomen determinatum est apud Hispanos.

Quinta diuina feudi est in Ligium, & non Ligium. Ligium dicitur, quod accipiente a Princeps non recognoscere Superiori, in quo iuratur fidelitas contra omnem hominem nullo excepto: & patet eundem bona ipsius per consequentiam subiunctionis Domini: Sossechius de feud. p. m. 9. Requiritur ut tam tria, ut feudum sit Ligium. Primum, ut vasallus taret fidelitatem, nullius alretius fidelitate reseruata. Secundum, ut expiata ponatur io istro meo inuestiture, quod feudum sit Ligium. Tertium, quod vasallus principales personam suam, & consequenter bona etiam non feudalia subiicit per etiam Dominis. Cort. iun. in p. arall. de feude. q. 9. n. 11. Petrus Gregor. d. lib. 6. cap. 21. Gattias de expensis, cap. 11. num. 13. vbi concludunt feudum Ligium esse, in quo vasallus principales potestati Domini suam personam subedit, & cum persona, bona sua omnia; & iurat infusus fidelitatem nulla alii fidelitatem refutata, & ob id debet Cliens contra omnes nec non contra statem, filium & patrem adiuvare dominum.

Ex quo bene sequitur non posse quemquam esse hominem Ligium duorum hominum, ut vult Gloss. in Clem. palmar. de sent. Et re indicata, verbo, bona Li-

giu, quia nemo potest duobus dominis servire aquila iure, si contarii sint. Nihilominus Ligius vnuus, & vasallus alterius, ut plurimi sicut potest. Quinimodo Ligius homo, & cum feudo, & sine feudo esse potest. Cum feudo, si ea conditione feudum acceperit: sive feudo si proper amicitiam solam mouit le, & bona sua cum speciali iuramento in clientelam aliquius Principis addivit, & adscriptus fuerit, & Sacramento le obligauerit contra omnes adiuvare Principem, nomine excepto.

Item quoniam feudatarum possunt in aliis feudis ea ciuare, & fidem datum telecindere, e. 1. de vasalio, qui contra constitutum Leborum Imperatoris beneficium alienavit, lib. 1. n. 18. homo tamen Ligius non potest ab obedientia, vel subiectione illius Principis, cui fidem dedit, absit, nec feudo renuntiato aboliri a fide data: ut notar. Bald. in e casuum, de iudicio, Marcius. Laud. in e. 1. c. 7. qui feudum dare possum. Petr. Greg. d. c. 2. n. 10. qui n. 2. 3. ait hoc nonen Ligium esse italicum, & significare totalem subiectionem, adhucque a verbo Ligare. Unde & coniuratores, seu factiones apud Italos vocantur Ligani, hec apud Hispanos Ligia, quidam videlicet Principes Christiani vnamimes contra Turcas conuenient, dicuntur Ligani facere.

Insuper omnes, qui io Imperio sunt, & censori Ligij Imperioris. Extra vetò imperium considerato §. 1. de nova forma fidelitatis lib. 2. feud. iur. 7. est noxa forma iurisfandandi de novo inventa per hac verba: Ego Natura super hac sancta Dei Euangelia, quod ab hac hora in ante usque ad ultimum diem vita mea ero fidelis tibi Domini meo contra omnem hostem, excepto Imperatore: sic ibi. Et licet in §. fin. de prohibito feudi alienatione, per Feder. lib. 1. n. 5. constitutum sit, ut in omni i. Sacramento fidelitatis Imperator semper excipitur, & ideo videatur semper exceptios, ac subinde videbit potest, nullum esse Ligium feudum, quo quid nulla concessio potest dari in feudum, quin videatur semper exceptus: nihilominus à Rego nostro, vel a Rege Gallorum, & aliis qui Imperio non subiunt, si quis accipiat feudum sub primita fidelitate contra omnes de mundo, feudum illud erit regale, & homo ille erit Ligius, quoniam oemine excepto contra omnes stare debet. Nec oblitus apud Gallos, & Germanos, ut placet Francisco Rothomano in diff. de feude, cap. 4. quod idem sit homo Ligius, quod vasus, vel vasallus, vel subiectus: Quia rationes Rothomani nihil virgini: & Feudalz constata & retenta fontis fidelitatis inuenia, in qua nemo excipitur, Ligium ipsum vocatur, adhucque opus esse, ut ita in inuestitura noncupetur: Garc. de expensis, e. 1. 2. n. 3. 5. fin.

Feudum non Ligium illud est, in quo iuratur fidelitas generaliter priori Domini excepto, ut i. titulo His sicutur lex in fine, & de prohibito a feudi alienatione, §. final. per Leborum, lib. 1. n. 18. Valaf. de iur. emphe. q. 40. Rebuss. de Monte Pessulano in declarazione feudorum, num. 23. dicens in regno Francie in feudo non Ligio, quando iuratur fidelitas aduersoris omnem hominem, semper excipi Regem Francie.

Sexta diuina feudorum dicitur in masculinum, & femininum: masculinum est regulariter omne feudum, vel quia a masculis qualitatem est, ita ut non transeat ad feminas e. 1. 5. bcc. autem, de his qui feudum dare posset, vel quia a masculis primò qualitatem, licet sub pacto, ut feminas transeat, d. e. 1. de eo, qui sibi. Valaf. sup. q. 40. n. 9. Feminino est quod ad feminas transit ex pacto, ut e. 1. 5. filia, de successione feudi, & quemadmodum feudum ad filium pertinet, lib. 1. feud. n. 24. Quinimodo si quis recipiat feudum pro se, & hereditibus tam masculis, quam feminis, succedent feminis deficientibus masculis e. 1. 5. 1. Episcopum, vel Abbatem, vel Abbatissam, lib. 1. n. 18. Card. Manc. de tac. q. amb. 1. p. lib. 23. tit. 3. 4. n. 2. vbi de hoc plen.

Septima

Disp.XVI. De natura feudorum. §.V. 495

7. **Sepima** diuisio in feodium proprium hoc est habens propriam natum feudi continens illa lepitem, de quibus supra, n. 1. s. 9. & in feodium impro prium, quando felicit illo non est propria natura feudi; c. 1. de feudo non habente propriam feodi naturam, lib. 2. tit. 1. s. 8. prout est feodium conditionatum in quo condeditur ad certum seruitum, vel conditionem ex pacto datum; s. final. quid sit inessitura feodi, lib. 2. tit. 1. & de Capitaneo qui Cariam vendidit, lib. 1. n. 1. ut est feendum Guardie, & Castaldie, de quibus infra, n. 8. Ruyt. conf. 1. s. 1. lib. 1. Feudum denique dicitur impro prium, quando per pactum, vel ita cum receditur a communione iure feudorum: vnde etiam feodium simpliciter concecum intelligitur secundum tenorem supplicationis: Beto. conf. 69. num. 1. s. lib. 1. & in dubio praemissum proprium, modo habet illa septima, de quibus supra, d. 5. 1. num. 2.

8. **Octava** diuisio est in feodium irutabile, & non iurabile. Iurabile dicitur pro quo iuratus domino fidelitas: Petr. Iacob. in sua pratica, in nona diu. Quod si plures in locum illius succedunt, & postea nullum est iuramentum nomine omium: Guido Papa. conf. 207. incipit. Domini. Non irutabile est, quando feodium datum est sub pacto, quod non iuratur fidelitas, & nulla per quos fiat inessitura, & per quos recipiatur, lib. 2. tit. 3. c. 3. unic in principio de Capitul. Corradi, lib. 1. tit. 40.

9. **Nona** diuisio est in feodium diuisibile, & indiuisibile. Diuisibile dicitur omne feodium regulariter loquendo. Indiuisibile est feodium maiorum dignitatem, veluti Ducatus, vel Marchio uatus, & similium feodium dignitatem indiuisibilem habentiam: Petrus Greg. p. Iuris universi, lib. 6. c. 6. 17. dicens Regnum, Ducatum, Marchionatum, & familia dignitatem habentia esse indiuisibilia: sequitur Valasc. d. q. 40. n. 10. Aluart. in nona diu. in proximo per text. in 5. omnes si de feudo defunctorum fuerit contentio inter dominum & agnatos testam. lib. 2. tit. 26. Bart. in Litteris eis, ff. de administr. iure, Challan. in catalogo gloria mundi, part. 12. considerat. 55. per totam, ubi copiosè. Quare dici potest feodium non posse diuidi: est verum quod dignitatem; scilicet quoad administrationem. Vnde sic uos frater potest regere partem certam regni, & alter alteram certam: Benedictus & Raymond. in vers. in eodem testamento, el primo, num. 18. 3. de testament.

Ceterum ex generali consuetudine feuda Italiz sunt diuisiatio anu. And. Holsten. & Cat. in licen. de uoto. Alex. conf. 1. s. 8. lib. 2. Idemque obseruat in aliquibus partibus Alemannia tradit Socinus lenti. conf. 1. num. 11. & vers. sed ex predictis, lib. 4.

In Lombardia tamen omnes filii succedunt in feudo Comitatus, & Comites nuncupantur, ut scribit And. de Yernia in c. 1. s. præterea Ducatus, de prohibita feodi alien per Federici in principio, Bald. 3. a filiis, n. 9. Oldrad. conf. 17. Pericles, n. 1. Joann. Auct. in addit. ad Specim. in rit. de fend. in rubr. in vers. non omittam, & licet in feudo Marchia, Ducatus, & Comitatus non est locus stricto iure succellatio, nisi quando ab Imperatore obiinetur inessitura; nihilominus ex generali consuetudine obseruantur, ut quemadmodum in aliis feidis haber locum succellio, per e. primum, in principio, cum Glosl. in verbo, succellio, de feudo Marchia, vel Ducatus, vel Comitatus, lib. 1. de fend. tit. 14. Catt. iuu. de fend. part. 5. num. 5. ad finem.

Accedit feuda dignitatum Regalium ad vitandum scandalum posse partiri, que alias sunt individua, ut probat Alex. conf. 7. n. 1. lib. 5. Tiraq. de primog. q. 4. n. 16. idque in successione regui lo quenos verum esse testatur item Tiraq. de primog. q. 17. opinion. 4. n. 13. Constat item ex Romanorum historiis Imperatores plures sum interdum Romanum Imperium admis-

Fragm. Regim. Chrys. Reynb. P. III.

uistra, & Reges item plures Hispaniarum Regnum ipsa gubernavisse. Atque ita Regni admiralitatis iuxta duos Reges est diuidenda, quando ad illos successio eius delata est: Mol. de primog. lib. 1. c. 1. 2. 3. et seqq.

Quin etiam feodium in diuisione bonorum inter fratres, vni potest assignari sine conseculo Domini: quia haec non potest dici feudi diuisio, sed fortificatio unionis, & consolidatio: Bald. c. 1. 9. præterea Ducatus, supra, num. 7. ver. 3. pone, duo fratra, de probabilitate, feodi aliena per Federici. Es valer. Bart. in 1. 1. n. 4. C. de impost. luc. descript. lib. 10. & sequitur Ruyt. qui de feudo loquitur conf. 1. o. 8. & 9. lib. 1. & Alex. conf. 18. n. 8. lib. 2. Sed puto hanc diuisionem filii praeditare, ut firma permaneat, si in cuius feodi pro parte datum est, cum filius masculis mortuus fuerit. Quod si ab ipso herede masculo decesserit, feodium ad fratres, & eorum filios masculos redire: 1. de natura successionis feodi, lib. 1. tit. 5. 10. & c. 1. 8. vlt. si de feudo defuncti fuerit contentio inter Dominum, & agnat. & Bald. in 1. 1. n. 3. de rerum diuisione. Addo quod si huiusmodi diuisio sit in feodium Domini, ad quem debuisset redire, non sollicitate: ita Iacob. de S. Georg. in inessitura feodi, in verbo, Marsilio, n. 7. & Ailiell. in c. imperiale, 5. præterea Ducatus, ver. 3. tertio neto, num. 3. t. & seqq. de probabilitate feodi aliena, per Federici.

Decima diuisio sit in feodium perpetuum, & annale, seu temporale. Perpetuum regulare est omne feodium eo modo datum: c. 1. 5. cum vere Corradius, qui feodium dare possum, & feodium similes dicitur perpetuum, c. 1. 10. in quibus casis feodium amittitur. Imo omne feodium ab initio fuit perpetuale; beneficio tamen Principi factum est perpetuum, ut ad heredes sanguinis esset transitorium: ac proinde feodium præsumitum conciliatum, ut perpetuum: Ang. in 1. qui in alieno in principio, ver. 6. præsumit, & Mol. n. 2. ver. 6. dicit, & Alex. n. 13. & 15. si de acquisitio hereditate.

Quamobrem si quis feodium accipiat nulla facta mentione de hereditibus, præsumit ut libi, & suis hereditibus consiluisse: c. 1. de dubio fratribus, & filiis, esto illos non habuerit tempore, quo feodium locepit, qui feodium intelligitur fulcrum pro filia etiam in perpetuum: 1. tale patrum, & vlt. de patribus, Bald. in cap. 1. num. 3. vers. non omittam, & Alciat. num. 1. de dubio fratribus, & Capit. in usq.

Annale feodium, seu temporale est, quod post annum factum aucteri potest, quale est feodium Guar die, & Castaldie, & quod pro mercede alicuius tei conceditur: ex pacto potest annus prototog: & ex conuenientia potest in patrum, vi nonquam auctoritate feudum aucti: Bald. in proximo feudorum, in 9. diu. 1. sequitur Iacob. de S. Georg. in predicti de feodi, in vers. in feodi in diuisione, Petr. Greg. de iure universi, p. 1. lib. 6. c. 1. n. 6. vers. porrò feudalia, que amitterantur inter impraria feuda, veluti habitatione, Soldara, Camera, Castra, Guardia, Castaldie, & reliquorum, qui pro mercede sunt accipienda, quoniam nonne debentur rat ad tempus, & renescible. Sic ille: sequitur Valasc. de in predictis q. 40. n. 14. De quibus infra, diu. 17. & 18.

Undecima diuisio est in feodium francum, & non francum. Francum dicitur, quod accipiat finis nec feruitorum, nisi eorum, que continentur in forma fidelitatis, sive ad illa, que continentur in forma communi fidelitatis, demptis maleficiis, ad quod nou facienda censem ut iure: Bald. in predicti feudor. Requiritur item ultra hac, quod exprimitur in inessitura, quod est feodium francum: Valasc. d. q. 40. n. 19. Garticus de expensi, c. 1. n. 3. vlt. ubi ait esse francum, in quo investitus ad eas sola feruitoria teneret, que excepta sum in inessitura; ad alia autem milio.

Addo, si feodium libertate conceditur, intelligitur esse liberum, & francum, ut post Oldrad. & Bald. scribit Royn. in conf. 8. num. 12. n. 1. Eodem modo

censor liberum, & francum, si bona onus integre, & sine diminutione concedantur. Ceterum si in instrumento inveniatur ooo fio expressum, quod nullum exhibetur fetitum, & fuerit praestitum iutamentum fidelitatis; illud fetitum videtur esse promissum, quod praeferit dices ex oatura feudi: Alexand. conf. 10. num. 21. vers. ad terrum, lib. 1. & conf. 1. lib. 5. & alij, quos sequuntur Cardin. Mantica, de tacito consent. lib. 1. 3. tit. 1. num. 37. cum seqq.

Feudum non statuerit nisi illud, lo quo Dominus in inveniatur recipere sibi aliquod fetitum, ut regulariter sit in reliquo feudi: Andr. de Yernia in rubrica, in quibus causis feuda amittuntur. Bald. in predict. feudor. in ultima divisione.

12. Duodecima diuisio feudi sit in transitorium ad omnes heredes, & in non transitorium ad illos, sed ad primogenitum. Transitorium ad omnes heredes est regulare, quodlibet feudum sequitur equaliter ad omnes delcedentes transiit: lauso in predict. feuder. col. fin. num. 1.8. per text. in c. 1. §. 1. ibi, quod hodie: qui feudum dare possum. Quin etiam feudum hereditarium, quod conceditur pro se, & heredibus quibuscumque, defertur ooo solum filii, & agnati; sed etiam extranei, qui secundum propriam natum non succedunt: Bart. in l. 1. n. 17. vers. argifimma queritur quareiter de rebus suis. Et in Imperiale, in principio, 1.9. de probabilitate feudi alieni per Federic. Alex. in l. Gallo, si iam si vivente parente, ff. de liber. & pofib. Socin. sen. conf. 1.57. num. 5. lib. 2. Cardin. Mantica supra, d. 1. p. lib. 1.3. tit. 3. num. 19.

Non transitorium ad heredes omnes est, quod deftert primogenito, vt est regnum Lusitanie, Hispanie, Anglie, Gallie, & Siclie, vt habetur in d. licet, de vere, vbi Scribentes colligunt successioem Regni de fe, vbi alteri non fuerit decimus per legem, non tunc hereditario deferti, sed sanguinis: dum inquit, Rege sine libertate decadente. Regnum de uno ad alium fratrem deuoluvi ordo genituri, hoc est propinquatus in sanguine: sequitur Bald. in l. cum in antiquis, num. 1.8. C. de iure liber. & Porporatus conf. 1.9. & alij, quos sequuntur August. Barbaro, in d. licet, de varo, num. 1.8.

9. Utrum familiæ ſint capaces majoratum, quando ipſe majoratum conſtituerunt. & num. 10.
10. Familiæ ſint capaces iurifidūliſtis in conſequentiā di- citione dignitatis, majoratum, vel ſuccessioni, cui anexa fuerit iurifidūlitas.
11. Familiæ an conſequan exēla ſtā ſuccessione majora- tum, ſi ſuccessor nomen, & armis graueſt perire?
12. Familiæ proximiſt an exclaudant maſculi remo- tiōnē?

Quidetur primis, an primogenitus, ſi fiat Mo- nachus, vel Religiosus profellus ſuccedat in ma- joratu: Dico primū Religiosum profellum non poſſe ſuccedere, quando conſlituit in iurisdictione, gubernatione, & regimine, cum Monachus nequeat habeat proprium, nec per ſe regere, & regimē non de- beat esse commune, idem tanquam incapax debet exclaudi, & adeniti ſequens in gradu: per textum in l. ſi poſſit mortem, q. liberū, q. de bono, poſſit, contra tabula Bald. in l. Deo nobis, q. 1. C. de Episcop. & Cler. Ioann. Le Cister in tralat. de primogenitura, queſt. 4. lib. 3.

538 Part. III. Lib. IX. de oblig. Primigen.

*lib. 1. verf. falsa reverentia, num. 15. Cifusores in l. 40.
Tari, quaf. 6.*

Dico secundum, successionem natura, & co-suetudine tantum competere successoribus sanguinis. Propter tamen bonum Reipub, si non extet successor sanguinis qui valeat succedere, potest Romanus Pontifex dispensare cum Religioso professo, ut contrahat matrimonium: ita Bald. in *l. sum pater, 5. in ar-
re-gationibus, ff. de adop-tionibus*, sequitur Anchat. *conf. 119. col. 3.* exemplo Remmi ex fangoine Regis Atagonum Monachi, & Sacerdotis, cum quo Romanus Pontifex dispensavit, ut ducetur votum, ex qua suscepit filiam, que succellit in Regno.

Dico tertius, quando maioratus non consistit in iurisdictione, vel gubernatione, bene posse Monachum succedere, & bona esse apud Monasterium durante vita ipsius Religiosi, & eo defuncto, venient ad sequentem successorem in gradu, seruato ordine constituentis: *textus in l. sum pater, 5. pradictum, ff. de lega-
tis. 1. textus in l. sum pater, 5. hereditatis, et 1. eodem
ratio, & ibi Bart. & communiter Scibentes, textus
in l. sedis mors, ff. de donis, inter vir. & viras. Glossa
in Ambros. idem ff. C. de boni qua liberis, vbi dicitur
per ingrem fructuari in Religionem, non expli-
cate viuum fructum, sed transmutati in Monasterium
pro tempore vita sua.*

Quartus secundum, utrum primogenitus futilosus, demens, aut mente captus succedat in tegno, vel maioratu? Respondeo, si huiusmodi virtus sint per-
petua à nativitate, statim excludi, & succedere se-
quenter in gradu. Nam dispositio, vel lex vocans
primogenitum ad succedendum, intelligitur de eo,
qui naturaliter habilis exiit in lucem. Secūs si post
nativitatem ex aliquo causa factus est inhabilitas in
tunc cùm habeat ius succedendi radicatum, potest
succedere dato sibi curatore, vel administratore, oīsi
aliud expressè disponat conditor maioratus: *textus
singularis in 6. grandi, de supplenda neglig. pralat. in 6.
vbi ob istam causam datus fuit curator, vel adminis-
trator à Romano Pooifice quandam Regi Hispanie.
Quod, inquam, intelligitur, quando maioratus
consistit in iurisdictione vel administratione, ut Re-
gnum, Ducatus, vel quid simile; nam ubi lex, vel
dispositio voces primogenitum ad succedendum, in-
telligitur de habili; scilicet de iobabil: idē quando
maioratus consistit in pura, & simplici tantum suc-
cessione bonorum, in hoc eventu succedit primoge-
nitus, esto sit demens, futilosus, vel mente captus,
cū sit capax bonorum, sicut & hereditatis: per
l. final. 5. tal. 1. C. de caras. suries. & in 5. fin. Inflit. de
hered. quia ab insej. determinat. Ioa. Le Citer in tra-
duca de primogenitatu, quaf. 4. principali, verf. falsa re-
verentia, lib. 3. Auctor in confessus. Parisiens. lib. 1. 5. 6.
gleff. 1. quaf. 1. num. 15. Tiraquell. de primog. quaf. 13.
num. 3. & alij apud Spleun in secundo testamento, rū. de
Maioratu, num. 1. verf. sed quia, & verf. 1. conclus. vbi addit fortiosum incidentem in futurum, & ad iu-
diciū famum non reverentem, non succedere in Regno, Ducatu, Comitatu, Feudo, & Maioratu, q
io quo eventu secundonatus succedit: Bald. Lloma-
niar. C. de impuber. Gomei. in l. 40. Tari, num. 69.
vbi de hac te plenē post alios, quos ibi refert, ac se-
quitur; & Mollio. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 2.
& 21. cum seqq. usque ad num. 18.*

*Quartus tertius de morte, futilo, & cecido, ad po-
sitione vocati ad maioratum?* Quidam primum dici po-
test, maioratus instrosorem posse motus, & futilos
vocare ad maioratum successionem expressè, & ini-
tiate, sive ex Regia facultate, sive ex legibus regni,
sive maioratus constitutus ex bonis patrimonialibus,
& sive dignitatem, aut iurisdictionem habeat
annexam. Nam motus, & futilos capaces sunt suc-
cessoris, neque in dignitate luris indigni habentur,
neque de hoc ambiguntur quando maioratus ex bo-
nis patrimonialibus constat: *l. sum pater, ff. de acquire-
da hereditate, 5. final. Inflit. de hered. qualit. & diffe-
rent. l. sum pater, 5. fute, ff. de lega. 1. Quare, cū
motus, & futilos habiles sint ad succedendum, non
sunt excludendi à successione in maioratu instituto
sive dignitate, & iurisdictione: Mollio. de Inflit. de
primog. diff. 6. 11. persistam.*

Quinimodo, si sermo si de maioratu habente di-
gnitatem, seu iurisdictionem annexam; dicendum
est motus, & futilos in quo cluer acies ingenii
perspicacis, & signum testi iudicij, & intellectus,
posse succedere in maioratu, cū dignitas, seu iuri-
dicio admetatur; secūs si motus, & futilos sint ob-
caso ingenio, & nihil intelligant: nam tuus afflu-
lant futilo, & mente capto: sed si mutus intelligat,
aliud erit; quia absque curatore contrahere po-
test, & exerceere omnes illos actus, qui verbis non
expudiant. Idem dicendum de futilo, quando intel-
ligi per signa, & noctis: sequitur Mollio. d. lib. 1.
cap. 13. num. 6. vbi sic hanc partem esse probabili-
tem, & pro illis futilis bis iudicatur.

Quidam Cœcum dicas oportet, si maioratus con-
sistat in bonis patrimonialibus, posse Cœcum suc-
cedere, cū nullo iure interdicatur. Nihilominus si
maioratus iurisdictione, seu dignitate folget, esto
excludendus sit ab exercitio iurisdictionis, vt probat
Gloss. & Scibentes in l. cœcum, ff. de iurisdictio, poterit
ramen succedere in primogenitum: quia iurisdictione, &
dignitas veiorum in consequentiam successionis:
Bart. in d. l. cœcum, ff. de iurisdictio, vbi tradit integrum esse
cœco à iure prohibito iudicare, posse tamen iurisdi-
ctionem acquirent ex successione aliquis Duxatur
sequitur Abbas conf. 47. num. 1. lib. 1. Platea in l. 1.
C. qui meritis excusant, lib. 10. & Boetius decif. 104.
num. 33.

Queritur quartus, an filios exheredatos maioratu
petat? Dico primus patrem exheredando filium,
nam posse priuati illum successione maioratus, quem
ipso ooo instituit; quoniam maioratus filius à pa-
tre ooo obtinet, sed à conditore illius: sequitur Pa-
dilla in l. sum pater ex familia, 5. 1. num. 17. ff. de lega. 1.
verf. sed ipse: id quod huiusmodi maioratus nullam
habent auctoritatem cum paterna hereditate: Mollio.
lib. 1. de primog. cap. 9. Mœci. in d. l. sum pater ex familia,
quam resolutionem in maioratus successione, etiam
pendente à Regia concessione, obseruandam esse
vult insignis Costa in tractat. de Regni successione,
pag. 152.

Ceterum his aduersatur Bart. in l. hereditando, 5. fi-
lii, cat. final. ff. de oper. libert. dicent filium exher-
edandum iuste, & rationabiliter, etiam priuati em-
phyteusi pro filio concessa: ex ea ratione, quid ius
patronorum ad filios transmititur, ut filios, quamvis
heredes non sint: quod ostenditur in l. 5. operarum
29. ff. de oper. libert. ibi: filio autem, & si heres non ex-
isti: autem exhereditatio filium excludit à iure pa-
tronatus, propter in l. 5. patrum 2. ff. de boni libert. &
d. l. 5. operarum, ibi: Nisi exhereditatio sit. Quia ratione
duabus idem vult Bart. de emphyteusi concessa pro
filii, ut illam nequeat filius exheredatos obtinere.
Idem tradit Angel. in l. 5. lib. 5. ff. patrum, num. 1. ff.
de patrum. Confess priuati filium à patre iuste exher-
edatum feudo, etiam si ex pacto, & domini prole-
doctio existat: ut colligitur aperiè ex cap. 1. 5. pradicto
lib. 4. media, in tit. quaf. 1. prima causa, sequitur Afflict.
in cap. 1. ante num. 17. de successione feudi, & lib. Clar.
lib. 4. verba, feendum, quaf. 7. 4. Facit quod tradit Costa
in lib. 4. de success. Regni, pag. 114. exempli habentis
vnicum tantum filium, quem poterat nominare ad
emphyteusum, & eo reliquo, quid facit ingratus,
omnipotens

Disp. XVIII. De natura primigen. s. III. 539

nominavit nepotem; quia filium tanquam ingratum exhibet datus; Habetur namque exhibet datus filius proper ingratitudinem pro motivo: l. i. s. f. pater, s. de coniug. cum emonstr. liber, eius.

Nihilominus prior sententia, que tradit non esse priuandum filium exhibet datus maioratu, est tenenda; argumento empheutis pro filio concele, quam exhibet datus filius non perdit; quia nihil communie habet empheutis cum haere direcit de hoc pariem sequitur Valascus de iure emphe. quaf. 45. col. 2. ad finem, post Collam tradit. de success. Regis, pag. 160. Nec oblitus argumentum Bart. de iure patronatus liberti ad empheutis: Quia non est firmum argumentum de iure patronatus ad empheutis; Nam pater potest praedigare vni ex filiis sas patronis, ut habetur in iur. f. de affigat. libera, maximis in l. affigat. 7. casis concursum dicunt in empheutis concessa pro filiis, quam secundum vietorem, pater non potest praedigare vni ex filiis: Soc. iur. lib. 1. conf. 73. num. 4. Contra. lib. reglat. c. 18.

Contra verò dicendum videatur de empheutis haere direcita, quam filius exhibet datus non consequitur: in quo euenuit Bart. sententia defendi potest: ad quam Alex. conf. 1. 28. num. 8. lib. 1. cam testinxit, qui praedicat exhibet datus et ut tradit Valasc. de iure emphe. quaf. 45. col. 2. in fine, & Costa suprà, pag. 155. vers. 4. Libri ratio: quia haerediter datus empheutis non potest obtiniri, nisi ab eo qui sit haeres, Valasc. suprà, quaf. 44.

Quatuor quintū, an sint incapaces succedendi in Maioratu initiati Ordinibus sacris, Religiosi, aut exempti à iurisdictione Regia? Dico primā Clericos in Sanctis non esse incapaces successionis, posse, que succedit in quoconque Maioratu, etiam in illo, qui habuerit dignitatem & iurisdictionem annexam: ita Abbas in cap. inter dilectorum, de sive instrument. num. 1. & 5. Felinus ibidem, num. 1. Debent tamen, qui sunt in Sanctis administrare temporalem iurisdictionem per Ministros ad id doneos, quando eam per se ipsos exercere non decens fuerit. Porro si in constitutio Maioratu apposita est clausula, quæ Clericos in Sanctis excluderet, in hoc euenuit Clerici in eo non succedere; scilicet si talis clausula non apponatur. Sunt enim Clerici capaces successionis in maioratum, vicinque per testatores, sed conditores non excludantur: ita Gomez, in d. 40. Tauri, num. 66. Molin. lib. 1. de primog. cap. 1. num. 97. fol. 113. & alter Molin. de Iustitia & iure, disp. 6. 1. num. 6. Masi. in l. i. titul. 7. lib. 5. recipit. glosa 1. num. 19. fol. 165. col. 3. Laudens. in tract. de primog. quaf. 30. Corrad. in templo indicans, lib. 1. a. 1. num. 21. Tiraquell. in tract. de primogenio, quaf. 44. num. 6. pag. 12.

Quinimum non valeat confundere, quod Clerici non sucedant in Maioratu: ut auctor est Paul. de Calko in conf. 14. incipit, In profecti eam lib. 1. a. 7. quem refert Ioann. Gratian. Falcon. regula 1. c. n. 13. Iuau text. in Ambent. de sanctis. Epist. 3. sed & hoc profecti, ibi: Maioratum ingrediuntur, vel Clerici sive. siv. 6. collat. 9. Atque ita Clericos durante vita admittuntur ad Maioratum, exerceantque omnia iura familiae activa & passiva; prout resoluunt Dec. conf. 1. 14. Paris. conf. 100. & Ioann. de Amicis conf. 1. 4. Deinde adeo hoc est verum, ut si nepotes vocentur ad fideicommissum, Clerici & Sacerdotes comprehendantur: Decius conf. 5. 99. num. 9. quem refert Card. Mantica de conciliaris votis. volv. lib. 8. titul. 3. num. 2. 5. pag. 226.

Quare Clericos posse sucedere in primogenio vult etiam Ioann. Le Citer in tract. de primog. lib. 1. quaf. 1. 4. fol. 36. iam verò si conditores Maioratus fuerint Clericos, non est dubium voluisse Clericos admitti ad Maioratum proper similitudinem quali-

taris secundum consilium Anch. 339. Pro maiori, num. 12.

Quod Religiosos dicendum est, Religiosos professos in Religione succedendi incapaci bonorum etiam in communione, excludi à Maioratu successione, quia pro mortuis teperantur: & id est sequenti vacaro datur locus: scilicet, quando Religiosi sunt professi in Monasterio capaci taliter in communione; tunc etiam Monasterium succedit: quia non dignitas, seu iurisdictione annexa est Maioratu, Ratio, quia Religiosos post professionem retinet ius prioritatis in grada: item omnia iura agnitionis; nec perdit iura languinis, & suarum; & medianis personis Religiosorum, successionem Monasterium capere potest.

Opposita tamen sententia, ut dictum est magis placet, dum auctor non posse Religiosos succedere in Maioratu habentibus dignitatem, vel iurisdictionem annexam; & ex consequenti nec Monasterium, illis mediatis: ut latè pro utraque parte Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 71. cum fogg. usq. ad 94. vbi non sicut ad Religiosos succedere in Maioratu, cui dignitas, seu iurisdictione annexa non est: & num. 799. vbi inclinat in partem negantem, non posse feliciter Monasteria succedere in Maioratu dignitatem, seu iurisdictionem habeant. Sequitur nosset Molin. redem. sive disp. 6. 1. num. 4. concludens non succedere Monasterium, neque quoad communitatem; sed deuoluī continuo post professionem emissum ad illos, ad quos iure sanguinis mortuo Religioso Maioratus erat etiam frater: per Gloss. 1. in cap. scriptis nobis. 17. quaf. 1. & Gregor. Lopez l. 1. tit. 15. partit. 2. verbo, sicut homo per eam.

Ex dictis manifeste constat Religiosos ante professionem solemne factam, & ante vota Coadiutorum in nostra Societate emissi, capaces esse cuiuscumque Maioratus: P. Molin. de Iustitia, disp. 1. 19.

Quod ad Commendatorios exorem dicentes, dicendum est esse capaces quorumcumque Maioratum, etiam si clausula habent Religiosos excludentem, quamvis professionem faciant, eaque non obstante ex antiqua Hispania consuetudine ipsi sunt domini bonorum, quia acquirunt: eam non censorvant integrè, & perfectè Religiosi: idem Molin. disp. 1. 4. & de Maioratu, disp. 6. 1. num. 5.

Possunt ratiōne instituere Maioratum Commendatorios Hispaniæ, qui non sunt ordinis Domini Ioannis, tradit Mollo. disp. 6. 1. num. 6. quia possunt testari etiam de redditibus suarum Commendatariorum.

Queritur sexū virum feminam sucedant in Maioratu: Responderet, si Princeps concedat facultatem facienti Maioratum in unum filium ex filiis masculis, & ille coi data fuit facultas, fecit illum in filium masculum, & non dispositus, quod feminam non succederet; si postea accidat, quod talia filia masculorum habeat filium, sed unicum tantum filium, sucedetur illum in Maioratu: sicut Greg. Lopez in l. 1. tit. 1. partit. 6. in glossa in verbo, Magister, fol. 38. col. 1. ver. sed pone: Iuau Decius conf. 339. & alij quibus accedit Pelaez de Maioratu, part. 2. quaf. 6. et num. 3. 6. Item si femina inluitur Maioratum non videtur sucedere nisi similem à Maioratu remouere: prout videtur Pelaez in l. 1. cap. 1. s. 1. filia, num. 6. 4. pag. 33. ff. de lega. 1. & in l. 1. si quis in principio tellam, num. 169. pag. 470. ff. de lega. 3. vbi postquam polo suam sententiam in quatuor qualitatibus masculinitatis videatur repetita, concludit si femina Maioratum inluitur, & illi præsumptionem suu coniecturam quodd coelucit reperire qualitatem masculinitatis: sicut Gamma. decif. 2. & tradit Peleaz de Maioratu, p. 1. quaf. 3. n. 193. & num. 196.

540 Part. III. Lib. IX. de oblig. Primigen.

10. Sed quid si feminam instituit Maioratum, & in scriptura expresta dicas, ut ad successum illius non admittantur, nisi descendentes per lineam masculinam? Nihilominus admitti potest famula propter qualitatem personae disponentis; quia mulier est. Ratio, quoniam feminam tare attendit familia, & agnitionis conservationem, & non minus diligit feminam quam masculum: Petala. lib. 1. cap. pater, §. 6. filia, num. 63. pag. 155. ff. de legat. 2. quod sententia quamvis singularis, non tamet vera videtur: id est censetur contra voluntatem testamoris, à qua non est recedendum propter qualitatem personae disponentis: *lib. testamentorum primus locum, ff. de condit. & demonst.* neque à significacione verborum est deviandum nisi quando apparuerit de mortali disponentis voluntate: *l. non aliter, ff. de legat.* 3. steque ita in Maioratum successione zota omnia debet attendi voluntas disponentis, que pro lege habeunt: id est seruanda est. *Auctor. de mortis, ff. disponit.* Et voluntas distinguitur, & format omnes actus hominum: *l. non omnis, ff. si certum petatur, l. 2. ff. de iudicis.* Tisq. in *l. si unquam in verbis, libertate, n. 41.* Unde non solum voluntas expressa, sed etiam racita, & que per conjecturas colliguntur, servata debebit: *l. Imperator, post principium, vbi Bart. & alii ff. de legat.* 4. cum proprieitate, in fine, *ff. de legat.* 1. Card. Mant. in tract. de censu, mente defuncti, lib. 7. tit. 12. num. 7. pag. 195. Menoch. *conf. 16. n. 50.* & alii, quos referens sequitur Pelece 1. p. de *Maioratu, in principio, ex n. 9.* & que ad 22.
11. Queritur septimè ab feminis hinc capaces Maioratus, quando illi sunt instituti ab aliquo feminam cum iurisdictione aliqua? Dicendum est, feminas capaces esse iurisdictione ioco consequentiam alicuius dignitatis, Maioratus, vel successoris, cui iurisdictione fuit annexa: ita Abbas in *c. dilecti.* num. 4. de arbitrio, Abbas *ibid.* 4. ad form. Guillelmus *Regens.* verbo, *debas habens filiam, n. 67.* & *u. 119.* Gomel. in *l. 79. Tari.* p. 21. Molin. *de primog. lib. 1. c. 3. n. 14.* & *15.* Aceuedo *l. 7. n. 20.* *n. 9. lib. 1. recipit.*
- Dicitur tamen feminam, & per se, iudicandi, exercere oceum manu iudicandi: *l. eam praeor, ff. memoribus, ff. de iudicis.* si ad motes ciuilis recipiamus: *l. 2. ff. idem, ff. de regal iuris.* Cabed. Lusitan. *decif. 7.* num. 2. part. 1. & Vant. de nullitate, sit. ex *diff. iurisditionis de legat.* num. 71.
- Ceterum vbi feminam succedit in Regno, & in feudi, possunt exercere iurisdictionem, causas expedite, & iudicante: Angel. in *Leum praeor, ff. de iudicis,* & in *l. eam quam, C. de fideicommissi,* vbi vult hoc non esse alienum à Reginis, seu Comitis: addicte se videlicet Inannam Reginam Neapolis in folio Regiosedentem, & capitalem fententiam ferentem: testemque Belli, *disquisit. cleric. p. 1. sit. de discipline cler.* §. 8. n. 16. Quid multo fortius feminam potest exercere in consequentiam alicuius dignitatis, seu Maioratus habentis annexum iurisdictionem.
12. Queritur octaua, an feminas excludantur à primogenitura quando successores nomen & arma deferre tenentur? In quo evenio cum feminis nequeant portare atna parentum, praesumpcio est manifesta feminas exclusas: per *l. eam familiarium, C. de religiis, ff. familiis, fener.* Menoch. in *conf. 120. n. 33.* dicens si quis instituit heredes cognatos cum onere portandi nomen, & arma, voluisse cum inducere perpetuum fideicommissum inter cognatos illos, quamvis non sint de eius familia, & cognatione: ex quo quoniam imponatur onus portandi atna, videatur feminas excludere à tali delatione armorum, & ab insigniis, que iure fanguinis eidem competitve videtur, velut Maiorum imagines, de quibus loquitor *l. que rorata, C. de administratione iuris.*
- Nihilominus haec resolutio non est omnino in dubia apud Hispanos inter quos feminæ portant arma parentum, & antecessorum; quod inviolabilitet est futurum: *l. minima, ff. de legibus, & testamtes se accommodant cum ea: l. hereda mei, l. cum ita, ff. ad Trebol.* atque ita non videtur feminas excludere à delatione armorum, & ab insigniis portandis. Quinimodo etiam in Gallia feminæ Arma parentum defuerint, & vult Chalances in *confusione. Burgund. rubrica 7.* fol. 260. num. 34. vbi addit., quod confundendo in delatione armorum est attendenda. Conferunt tradita à Burgo de *Pax in proposito legum Tauri,* num. 11. dicente conditores Maioratu non ex illo, quod in scriptis ordinent, quod Maioratus faciunt ut conservent familia, & membra, feminas voluisse excludere, nisi aliter exclusio appareat: & ita vult decisum per Iudices sapientissimos. Quod cum cauela non mediocri, sed magna, accipiendo est, tam ex verbis Maioratus, quam ex dispositione iuris; cdm verum sit, quod ista præfationes inducunt confusione: *l. ultima, ff. de hered. instit. l. cum bi.* in principio, & ibi Bartol. *ff. de translatiōnibus.* Tisquell. in tract. *Cessatio et causa, initiatione 1.* num. 64. fol. 135. vbi vult ex præfationibus mensis defuncti colligi: Mennoch. *conf. 16.* num. 31. Mollio. *lib. 1. de primog. cap. 5.* num. 1. fol. 30. Nam tes dura videtur exclusio feminas à successione Maioratus, nisi vbi fuerit exclusio expressa, cum talis exclusio sit priuatin, que non debet præsumi, nisi in calibus à iure expeditis: *cap. ultima de iure parentum.* Aymon. *de trallat. de antiqu. tempore, part. 1.* num. 86. Cephal. *conf. 616. num. 66. lib. 3.* vbi tradit non induci exclusionem feminatarum nisi in calibus expressis in specie: est enim exclusio feminarum à successione, pœna quadam, que non debet infligi per conjecturas: Paris. *conf. 89. num. 38.* lib. 3.
- Queritur nonnulla, an feminas proximiores exclaudant masculos remotores? Responso sit excludere, vbicumque feminas non excluduntur à successione: ita Cossart. lib. 3. *verborum, cap. 5.* num. 5. *vers. Ruyse.* ex ratione, que deducitur ex *l. 2. tit. 15. partit. 2.* & ex *l. 40. Tari.* dicentibus deficientem malicum in eodem gradu, feminam preferendam masculo remotores, non solum in successione Regni, vbi gubernatio, & administratio exactissima exigunt, sed etiam in successione cuiuscumque Maioratus, tam facti pec disponentem testamentariam, quam per viam contradicto. Sed de hoc diffinatur. an. 5. quinto, resolutione 40.
- Confirmatur, quia de iure proximiores coangulati remotores preferuntur in successione, siue hoc masculi, siue feminæ: *l. 2. 4. hereditatis, ff. de fidei & legitima hereditate.* Auctor. de hered. ab intoller. venient, §. 6. verò negre fratru. §. 6. plurimi. Instit. de legi. agri. *success. l. 1. titul. 1. 3. partit. 6. lib. 1. Q. liber. s. varosa, qui est frater magister.* Cossart. in epistola, de successione ab instellar. num. 10. vbi dictum videtur ad gradum quem ista successio progeditur. Cum ergo de iure proximiores remotores, si in successioneibus præponantur, si contingat masculum esse in eodem gradu, excludit feminam, omni autem quando est in remotores: Anchac. *conf. 39.* ibi *removit;* oīli aperte ostendatur fundatorem Maioratus vnuisse agnationem conferuare: nam tunc masculus remotus excludit feminam proximiores: vt valunt Ananias *conf. 4.* Regulariter tamen feminas proximiores excludit masculum remotorem, sed in eodem gradu masculus preferit feminam, etiam si feminam sit natu maius.
- Nec mihi satisfacit Gamma *decif. 51.* videlicet illam regulam non procedere, quando Maioratus est institutus à feminis, per Anchac. *conf. 39.* Nam conclusio

Disp.XVIII. De natura Primigen. §. IV. 541

conclusio procedit, etiam si testator dicat, quod in Maioratus succellione maiores erant minoribus præcedant: quia illud verbum, *Maioratus*, haber locum, quando maior erat est masculus: quod si feminis sit, esto sit maior erat, non est masculo anteponeenda: ut videtur Alexand. conf. 39. num. 3. lib. 1.

§. IV.

In quibus conueniant, & differant fideicommissum, & Maioratus.

E P I T O M E .

1. Fideicommissum est donatio verbi precarii, seu inflexi, non autem cinalium relatae à defuncto.
2. Fideicommissum, & substantiam & nomen habet à fide heredum, quibus committitur.
3. Verbi etiam direllu sit.
4. Fideicommissum & primogenitum apud Hispanos ex maxima conuenientia eodem nomine nuncupatur.
5. Succedit unus in Maioratu nequeat, quemadmodum existat in eodem gradu: in fideicommissu enim sucedunt.
6. & 7. Fideicommissum, & Maioratu in quibus differant, ostenduntur.
8. Successor in Maioratu impræprio, & latè dicitur fideicommissarius.
9. Primum successor universalis Maioratus succedit dirella modo, extra possit succedere oblique.
10. Influsio est duplex directa, & obliqua, & qualiter sit utique?
11. Maioratu influsio nulo dato cohæreda universalis, primum successor directio, ut obliquo modo succedit?
12. Maioratu, & fideicommissum in hoc conuenient, quod in utique confidentur proximitas gradus resipisci ultimi possit, non autem primi influsiorum.
13. Quamvis alij repugnant.
14. Maioratu, & fideicommissum conuenient etiam in eo, quod certum bene nequeant alienari, nisi in certis casibus; & quomodo hoc intelligatur ostendatur: & num. 15. & 17.

1. **N**quo conuenient Maioratus, & fideicommissum patrum ex definitione, patrum ex substantia, & oscuritate virtusque conisci potest. De Maioratu dictum est supra, quid sit, s. i. ex num. 1. cum sequent. fidei autem communissum, sic potest definiri, ut sit donatio quadam verbi precarii, seu inflexi, non euiliberi à defuncto relata: ut colligitur ex ratio scilicet de fideicommissu & maximè ex s. istmo, *Influsio de singulis reb.*
2. per fideicommissu relata. Nam fideicommissum non solùm substantiam, sed etiam nomine obtinuerunt à fide heredum, ut Iustinianus voluit s. 4. de lege in principio, *Influsio de fideicommissu hered.* Card. Maoticus de canticis.
3. *Utrum edidimus volunt. tamen. 7. tit. 1. num. 1.* verbis etiam directis fideicommissum celiq;queatur.
4. Tanta ergo apud omnes Hispanos locis consulentes est conoceo etiam iure Maioratum, & fideicommissum, ut pertinet Hispanorum Maioratus oīhū aliud esse, qualem fideicommissa relata perpetuo fæmina, in quibus ex familia proximus quisque possit successe dare, ac profecti careris, ex prærogativa gravida, & ex voluntate influsori: ut tamē declaratio, quod in Maioratu nequeat omnes succedere, quamvis existant in eodem gradu simili: fecit in fideicommissu familia perpetuo relatio: oīnam in eo oscurae succedente: ut babetur in l. cum ita legatur,

Fragm. Regim. Chriſt. Reipubl. P. III.

q. in fideicommissu, ff. de legat. 2. ibi: Et qui ex his proximo gradu precessant sunt. Quod etiam confirmatur per s. petr. 3. fratre, ff. de legat. 1. per hæc verba: *Omnis fideicommissum potest, qui in familia fuerit.* Mollio, de Influsio, de primog. diff. 577. ex num. 3. vbi tamen cocludit Primogenita quamvis appellantur ab Hispanis fideicommissa non esse simpliciter ita dicenda: Ratio est, quod in primogenito spud Hispanos vnuus tantum, ut dictum est, succederet in primogenito toto, quod individuum debet cooservari, cui succedit maior osco proximos in gradu masculus; Cossut. in praticis, greci. cap. 8. à num. 1. & num. 4. §. primog. Valsic. Lelitan. confutatione 81. num. 9. & est communis.

Differunt etiam quod fideicommissum relinquatur in testamento, sori oī ultima voluntate, 000 autem in contractu: Maioratus autem ram ex contractu, quoniam ex testamento possunt institui: *Lem quis descendens.* s. patr. ff. de legat. 3. Alexand. in l. q. Re. 5. cohæredus, ff. de verbis oblique. num. 4. Parisi. conf. 100. num. 11. lib. 4. Decius conf. 488. num. 19. At vero quando Maioratus segnitor nazarium restamenti potest institui in eo fideicommissum, sicut in donatione causa mortis potest fideicommissi, eō quia habeat effectum ultima voluntatis, etiam si quod ordinationem affimilat ut coegeretur: *L. ut hereditib. & ibi Bartol. ff. de legat. 1. Mollio. lib. 1. de primog. cap. 12. ex num. 4. cum sequent. & num. 17. & altero Mollio. de Influsio, diff. 183. & de primog. diff. 577. num. 5. verbi secundum different.*

Item non est negandum conoenit fideicommissa cum maioratibus, quatenus, qui bona fideicommissio subiecta alteri relinquent, possunt eidem inungere vincula: grauamina, onera, & conditio, prope voluerint; modo grauamento, seu onus non supereret communum: ut haberet in Labes, Cod. de fideicommissu: sic etiam hæc omnia videbuntur: conditiones, grauamios, & onera conditio Maioratus possit apponere suos omnibus, oīc oīc eo adiungere, ut in fideicommisso succedant cum facultate disponeodi à legi concelebi: prope requiriunt quod sit in Maioratu, in quo similia onera apponuntur: Mollio. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 8. verbi, etiam autem.

Iosephus disseruit, quoniam fideicommissarios ab herede grauato debet obtemere fideicommissum, necepsis in illum dominium fideicommissum transfertur, neque ad fideicommissarium actiones, tam adiutoria, quam palliæ pertincent, quoniam per heredem grauatum sequuntur tradicio: ita Mollio. de Influsio, tral. 1. diff. 186. per secom. ex s. 10. 156, quo haec grauatum, & de primog. diff. 577. num. 5. verbi secundum different, vbi ostendit validitatem fideicommissi de iure communio ex eo pendere, quod hæc grauatum hereditatem adeat, neque decedat priuiliu[m] testator. Hæc autem non procedunt in primogenitura, sive influuntur lo contractu irrevocabili, sive revocabili; inter vivos, aut per ultimam voluntatem: quia semper vocatus ad primogenitum dicitur illam accipere immediate à conditore ipso, & non ab ultimo possidente. Nam eo ipso, quod ultimus possidor moritur, & alias succedit, ita successor est trasferuntur dominium, & actiones omnes in ipsius fine aliqua cessione, seu traditio oīc, aut apprehensione. Imo in Castella sine aliqua apprehensione etiam possidetur translati in nouum succellorem, ut apparet in l. 8. tit. 7. lib. 1. nota recipil. Mollio. de primog. d. lib. 1. cap. 1. ex num. 14. & alt. ex Mollio. d. diff. 577. verbi 3. different ad finem, subdens Maioratum, quamvis institutum in ultima voluntate, non propterea esse fideicommissum reliquit familia; sed ab eo ortum duxisse, & id est cura eo habere affinitatem.

542 Part.III.Lib.IX.de oblig.Primigen.

8. Dicitur tamen successor Majoratus, in proprio & largo modo, fideicommissarius: Molin. de primig. lib. 1. cap. 14. num. 12. proprio autem modo, primus successor Majoratus viuueris filius uer directo succedit, quando scilicet Majoratus institutus ex viuueris hereditate, tunc enim sine dubio, uer directo succedit, & iuste proprio poterit huiusmodi primogeniture adire successionem, & possessionem capite bonorum, ab ipso ministerio alterius, cum sit viuueris heres, & in ipsum omnes actiones adiutor, & passione transeat, & per sonam defuncti refestat in omnibus, succedit in viuueris sus defuncti: i. bocellius, vbi Scribebent, ff. de regul. iuris. Quod procedit de primo successore viuueris filio caret autem in successoribus non directo modo, sed obliquo datur successio, sicut per fideicommissum, in quo haeres institutus, restituuntur quae grauatus, iure directo succedit: reliqui autem quibus hereditates est restituenda, non directo, sed iure obliquo vestunt: *Ex falle, in principio, ff. ad Trabell. Scribebent in Lemeris & in L. verbis eandem, ff. de vulgari.* Hoc autem procedit in Majoratus instituto in virtute voluntatis: fecit de Majoratus condito in contractu, cum ex dilutione contrahentis nemo possit fieri haeres directus: *Iheredatus, Cod. de pali comment. l. final. Cod. de pali,* nam actus contrahendi realiter, & effectualiter, differt ab actu restandi: *L. verbis, gessema, ff. de verborum obligat.*
9. Ex dictis sequuntur duplice esse institutionem; directam scilicet, & obliquam: directa institutione est illa, per quam hereditates de iure cuiuslibet adiri possunt, aut bonorum possellit peti de rete prætorio ipso iure, & sine alterius ministerio; quales suae institutiones conceperit per huiusmodi verba: *Institu. Herrenelle, Dominus etc., Alijno, Adindice, & semilia, quo noz egere miliafieri alterius; ut ex traditis à Bald. in l. final. Cod. de sacrof. Ecclesi. num. 12. & 13. & Bartol. ibidem, num. 1. & Scribebent in cap. si patet, de testamento, lib. 6.* Obligatio autem successio est illa, que factu vel ministerio alterius: Bald. in l. final, num. 14. prove est successio illa, quae concipiatur per verbum, *Reddatur, Debet, Restituatur, & similia, quae egere facta alterius.*
10. Poterit quando Majoratus constituitur ex quota bonorum, vel ex re certa particulari; tunc primus successor Majoratus haeres in testamento institutus nullo dato viuueris coherede, in quo euenter veluti haeres in ea iure directo succedit. Quid si fuit datum alius viuueris coheredes, tunc haeres in re certa iure obliqua tanguntur fideicommissarius, ant legatarum successor, non tanquam haeres: *Quicunq. ff. deo, ff. de hereditate instituendo.*
11. Convenient præterea Majoratus, & fideicommissum, quarens in successione Majoratus proximaticas gradus respectu vicini possellit consideratur: quod etiam in quibuscumque aliis fideicommissis familiae, vel agnitioni relativa habet locum, ita Socin. in l. cognatu, num. 40. ff. de rebus dubiis, & Marian. Socinus resps. 126. lib. 1. Peregminus de fideicommissis, artic. 20. sub num. 2. vers. concursum, Valaf. de iure empby. quagl. 50. num. 34. Iul. Clar. § testamento, quagl. 76. num. 14. Guttier. prælie. lib. 3. quagl. 66. in antiqu. à num. 7. Cald. Petel. de nominar. empby. quagl. 24. num. 90. Molin. de Institu. tom. 1. tractat. 2. dispat. 628. cap. 6. Gamma decisi. 7. num. 1. & decisi. 105. num. 12. Flores ad Gammarum, d. decisi. 7. vers. quintus easme, & alij apud Casell. controver. iuri, lib. 3. cap. 15. num. 5. 1. & cap. 19. à num. 159. Estiam si contrarium, videlicet, quod proximitatis gradus non sit intendenda respectu ultimi possellitorum, sed consideranda respectu testatoris, aut conditoris Majoratus, seu fideicommissi,
12. veline Cardin. Mantica de casis, vñim, solvit. lib. 8. titul. 12. à num. 1. Couart. prælie. cap. 18. sub num. 1. vers. si fave, & Menoch. resps. 124. num. 1. Et frag. quibus accedit Cesar. commun. contra commun. q. 3. 2. & num. 1. quos minus bene loqui puto.
- Convenient item bona Majoratus, & fideicommissi, in eo, quod utraque possunt alienari ex causa doris, & donationis propter nuptias dande, vel restituenda filii, & descendenteibus in institutoris bonis libertis deficienibus; propterea haberetur in l. malier, s. cum proponerem, ff. ad Trabell. texus in Student, q. 2. quae, C. communia de legatu, & in copore vendi sumitur.
- Regulare enim hoc intelligitur pro solutione debitorum, que a primo institutori fuerunt constituta, bona Majoratus, bonis liberis non existentibus, alienari posse; ita Molin. de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 1. vbi de succellore in Majoratu: & num. 2. cum sequentia, vbi de bonis fideicommissis subiectis & omnibus conclusio bona alienari posse ex causa necessaria; et hoc fuit prohibita alienari. Idem repetit lib. 4. cap. 6. ex num. 1. cum sequentia, & ex num. 17. subdicens, que in fideicommissis statuta sunt, ea omnia in Majoratibus Hispanorum habete locum: atque ita nun solum causa doris, seu donationis propter oupulas, sed etiam in alimentis praefundis possellit Majoratus, ac eius filii, seu in illo ab hostibus redimendo, & in dote profili moniali affligenda, & in ceteris causibus, ad quos d. Aubert. resps. extendunt, procedere ipsa; nisi contrarium dilipserit institutor Majoratus, seu fideicommissi; propterea solvuntur Rodericus Xuanetz in l. questione in prioribus, 2. limit. ad l. Regiam, num. 11. Gomel. in L. 40. Tauri, num. 86. Conarr. lib. 3. resps. cap. 6. num. 10. Quare omnia, que Serbentis accommodantur bonis fideicommissis, eadem bonis Majoratibus Hispanorum, possunt applicari: idem Couart. lib. 2. serbentis, cap. 16. num. 9. & Padilla in d. Aubert. resps. num. 53. Expressa autem prohibitione polita, nullo modo alienari possit similia bona sine Regia facultate, quando primogenium de illius licentia fuit conditum, alias non; vt vult Couart. d. lib. 3. cap. 6. num. 10. col. penult. & ultima.
- Gregorius tamen Lopez in l. 6. titul. 1. partita 6. in glasse, verbo, *Que la no pedisse vender, opinarunt non posse d. Aubert. resps. adaptari ad primogenitam Hispanam: quod Couart. d. lib. 3. serbentis resps. cap. 6. num. 10. dixit subdubios ob eam rationem; quod in Hispanorum primogenitis soleat apponit clausula, *Ne bona eocundem Majoratum alienentur, etiam ex causa doris;* quamvis in aliquibus non apponatur, semper tamen apposita subtilitatem est ex Majoratibus confundendine, & natura: propter quam rationem subdit in Hispania fuisse induitum, ut nec ex causa doris bona primogenitorum possint alienari.*
- Hec autem ratio non virget: quare dicendum est, quando doceat, seu alimenta tempore mortis conditor Majoratus solvere tenebatur, & deficienibus bonis iberois, & fructibus ex bonis Majoratos non sufficienibus, tunc bona Majoratus subiecta posse alienari: quia sunt debita obligata ipsi boni, quae tenebatur solvere ipse institutor; & ideo ex ipsis bonis sunt deducenda; & ad eius heredes hoc debitum transit: vt ostendit Molina lib. 2. de primogen. cap. 15. num. 42.
- Porro quando institutor Majoratus tempore mortis non est etiam obligatus solvere huiusmodi doceat, seu alimenta, dicendum videtur dicitur Aubert. resps. non posse adaptari ad Hispanam primogenitam: nam illa loquitur de fideicommissis tantum, in quibus non

13.

14.

15.

16.

17.

non velitis publica, sed priuata solam reperitus, & ob id concedit, ut bona fideicommis subiecta ex causa doris, seu donationis proper nuptias alienentur, ne commodum priuatum publico, quod repertor in dore, seu donatione proper cipiatis, præponatur: idem Molin, lib. t. de primog. cap. 1. num. 1. & lib. 4. cap. 6. num. 1.

§. V.

De multiplici primogenitorum institutione, deque eorum varietate.

EPITOME.

1. *Primogenita Hispanica differunt à primogenito legi natura, & legi scripta, & quarundam aliarum nationum. Quædam sunt familiaria, quædam hereditaria. ibid.*
2. *Institutione Maioratum habet affinitatem cum conserva-
tione onerosa, & cum donatione sibi modo, & ali-
quando cum ultima voluntate. Maioratum modus
primogenita instituuntur, num. codem.*
3. *Maioratum aliquando sunt ex bonis patrimonialibus.*
4. *Maioratum sunt interdum irrevocabiliter, & ali-
quando revocabiliter.*
5. *Et quædam differunt inter se, & infra, num. 17.*
6. *Maioratum ut possint inlini ab habente filio, qui-
bus debetur legarime.*
7. *Maioratum inlini de bonis patrimonialibus an
sunt legales, & quædam possint esse legales.*
8. *Maioratum inlini auctoritate propria, & auctoritate Principis quæmodo differunt.*
9. *Maioratum, qui inlini de Principi facultate, an
tenoratu, declarare quod filius habeat?*
10. *Principes an possint confirmare Maioratum ex eo mul-
tum, quid de Regi facultate non fuerit nullum posse
mortem inlini?*
11. *Facultas instituendi Maioratum data à Principe, an
expres morte concedentur?*
12. *Primogenita an sit melius inlini sine facultate
Principis, vel cum ea?*
13. *Primogenita an in foro conscientie possint inlini ex
auctoritate tantum legi?*
14. *Institutione Maioratum sunt-ne famerabili, an
adieci?*
15. *Maioratum ut possint inlini in scriptura priuata sine
alii solemnitate?*
16. *Primogenita ut possint inlini, filius legitimus non
exstitit, in persona filii naturalis, aut proxy?*
17. *Maioratum quando possit revocari à constitutente,
proferenti quando fuit constitutum ex donatione Re-
gia, aut licencia.*
18. *Maioratum ex quibus bonis non possit inlini, qua-
de bona sunt extra Regnum.*
19. *Quæ condicione debet habere Maioratum, ut possit
licet, & infli inlini.*

20. *X dictis supra, 6.3. num. 3. coofiat Primogenitu-
ram esse fundatum in iure diuino, naturali, &
auctoritate, sicut voluerunt mulii apud Tiraquellum
de iure primi, quæst. 4. num. 1. 3. & Molinam Theologo-
gum codem erat diffus. 577. num. 2. vbi probat primogeni-
tia Hispania longe abesse à primogeniti legis na-
ture, scriptis, & quarundam aliarum Nationum; nec non alter Molina eadem trahit. 1. 2. ex num. 2.
ad num. 7. vbi num. 9. cum fessi. obserua Hispani-
atum Regnum verillimum Maioratum esse, atque
in eius successione verum ordinem Maioratus re-
tineti, ac conservati: ut ostenditur ex l. 2. num. 13.
part. 2.*

Fragm. Regim. Chriſt. Reipubl. P. III.

Nec obstat in prædicta, t. partitum, de solo Re-
gno Castellæ, quod successionem fieri mentionem
Nam de omnibus aliis Hispaniarum Regnis, sine
Provinciis eidem adnexis idem faciendum est, quod
de Regno Castellæ fuit decisum à tempore Regis
Pelagi. Nam ante illum visque ad infirmorum
Rodericum, electione, non autem successione Re-
gnum deferebatur; vi habebat in parte Concilio Te-
letano. *Concio ultima, vers. Nihil apud nos: & in quinto Concilio, can. 3. idem teperit. Quare cum Re-
gnum Castellæ sit caput omnium Hispanorum Ma-
ioratum, sequitur carceros Maioratus Hispaniæ fe-
cundum Regni successionem esse regulandos: ut
notas Sigismundus Neapolitanus in conf. feudalibus,
conf. 1. num. 16. Ex eo maximè fundamento, quod
à capite membra non expedit deuiri: c. cum non li-
cerat, de praescript. Menoch. conf. 1. 8. num. 12. Sem-
per enim membra mystica debent diligenter caput, &
ab eo non discedere: Rebus in præci beneficiis,
tit. de confitentia in glori. caput, pag. 512.*

Primogenitorum quedam sunt familiaria, quæ-
dam autem hereditaria dicuntur in Hispania. Fa-
miliaria sunt in quibus solo iure sanguinis succeditur: in hereditaria autem iure hereditario tam id est succellos. Dicitur autem iure hereditario defi-
ferti, quod non nisi heredi, iureque hereditario compebit. Familiaria autem sunt, in quibus iure san-
guinis defertur succellos, & in quibus, qui heres
non est, vel etiam, qui heres est, ex sola signa-
tione, seu cognatione, vel speciali votacione suc-
cedere potest, non autem iure hereditario: Bartol.
in l. vi inforrando, §. si liberi, num. 4. ff. de operilibre.
Bald. in cap. 1. de eo quælibet, & hereditario suis, num. 6.
& 7. in ejusmodi fidei, Alexand. conf. 4. num. 1.
lib. 1. & conf. 1. 6. lib. 5. num. 4. Pinel. de bonis maternis,
part. 3. num. 99. vers. quod autem, à fortiori, vbi de
Hispanorum Maioratum: Gregorius Lopez in l. 4.
titul. 15. partis 2. glori. 1. col. 1. & in l. 2. titul. 15.
part. 2. in glori si ne ei hys maior. col. 5. Peralta in l. 3.
§. qui fiduciam suam, ff. de hereditibus inforrandis.

Nobilissimus Maioratus respectu primi coodi-
tis iure hereditario defertur: respetu autem viti-
mi possessoris iure sanguinis succedit, cum nihil ab
ultimo possessor accipiat, sed à primo institutore
Autem in conformato. Paris. tit. 1. §. 8. glori. 3. num. 14.
argumento feedorum, quorum quedam familia-
ria, quedam vero hereditaria dicuntur. Heredita-
ria tamen primigenia in primo successore hanc no-
minationem relinquunt: deinceps vero non heret-
diaria, sed familiaria cenlenda sunt. Idcirco quan-
tus filios ultimi possessor Maioratus, seu agnos
proximior valeat repudiare eiusdem hereditatem,
& acquirent Maioratum: cum illum iure sanguini-
s, non iure hereditario dicatur consequi: primo
tamen Maioratus successor, qui illum ab instituto-
re eiusdem capit, non autem ab ultiore posses-
sore obiciet, nec non iure hereditario succedit, non
erit integrum repudiare hereditarem primi condi-
toris, & Maioratum ipsum acquirere. Nam si hoc
esse illi integrum, dicetur etiam non iure heret-
diario succedere, sed iure sanguinis.

Quæsi potest eis dispositio primogenitorum Hispa-
norum affinari possint cum instituuntur, quando
nequeant primogenitos aliarum Nationum adaptari
Resolutio sic, si primogenitorum institutum sit per
contractum, habere in effectu affinitatem cum do-
natione sub modo, seu sub conditione, & grauami-
te fada à conditore, omnibus ab ipso vocatis ad id
primogenitum: Molto. Theologus de Inſtitu. tra-
dit. 2. diffus. 167, in qua de iure Castellæ l. 7. titul. 4.
partis 5. transferunt dominionem ipso iure sine alia
traditione eo vocatum post ultimum possessorum,

vbi primū accedit tempus præsumū à primo donatore , ut fīs restitutio . Quinidē per l.45. Tauri , posseſſio etiam ciuilis , & naturalis eo ipso transmittitur in iuniorū ſuccēſſorēm abſque alia appetenſione .

Quāmoiſ tamē donatio dicatur rēſpectu eorum , qui vocantur ad Maiores , dīc enī potest hæc donatio habere affinitatem cum contrac̄tu onoſtō rēſpectu alterius , cum quo celebratur , videlicet ū iofſitutor apponat onus contrabendī matrimonium cum aliquo primo ad p̄imogenitū vocato . Si autem in vītia voluntate Maiores ſunt , etiā quādam hæredis iofſitutio , & in effectu legatū , vel prælegatum factum primo ſuccēſſori , aoc̄vēt eo defuncti bona legata , ſeu tertiā ſuccēſſori bus illius primogenitū ex familiis testatoris vēnitib⁹ ordine ſuccēſſio perpetuā deuoluuntur : Molin. de primog. lib. 1.c. 1. n. 6. & alter Molin. cedem. tral. diffr. 1.77.4.7.

Multis item modis iofſitutio poulme apud Hispanos & Lusitanos primogenita ; uerū primogenitus Galliæ , Italiæ , & aliarum Provinciarum , de quibus aliquoſ scribit Pelaez de primog. in principio prima partis , ex num. 4. tñpue ad num. 6. & Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 1. Primo ergo modo , Hispanica primogenitura ortum habent à lege : secundo , ab hominioſ iofſituntur : tertio dīcūtū , a confiudidine , ſeu præſcriptione promanant . Vnde primogenita , qua ex lege veteri primogenitus Hebreos vītio venientib⁹ , & quāconque alia , qua illius primogenitus alia ſum Provinciarum per diſpositionem iurum legum tantum competunt , legalia dīc poſitum , cū ſunt ex diſpositione legum ; atque ita Regnum Hispanie meritiſſimo dīc potest primogenitū legale , cum illius ſuccēſſio ex diſpositione legum Hispaniae ortum habeat , auctore Molin. d. d. 1. c. 1. vbi ex num. 1. t. pleoſ ōſteodatur : & conſequenter eodem modo caſta , ſeu oppida dāta à Princeps ſub iurio Comitatus , Ducatus , & Marchioſariorum , qua iure Maiores ſuſſident , inſtar Regni dīcenda ſunt primogenita legalia ; ſicut ipſum Regnum verus eſt Maiores ; ſed cīc cum buiſuſmodi Dignitates ex generali conſuetudine , mores primogenitū deferaunt ad ſuccēſſores , & conſueſto ſunt bābas legi , & quibus , cum ſimilitud. ſi. de legib⁹ , diceb̄ ſunt Maiores legalis , ſicut Regnum dicitur : vt membra capiſt conuolaoſt : conſecrati alit Molin. ſedem tral. diffr. 1.76. ex num. 1. & num. 7. exeg. 7.

Exempliue ramen primogenita , qua ſecondū leges fori , & Tauri , aut ex Regia facultate iofſituntur : non enim ſunt legalia , verè ac proprieſt ; ſicut nec Maiores , qui à teſtaore , vel contiuitate ſunt , cum nec lez propeſa ſit voluntas reſtantia , nec contraheſtis diſpōſitio , ſiquidem lez bonum commone , noo autem priuatum ſuppetit : vt habeatur in l. iura non in ſingulis , ſi. de legib⁹ .

Primogenita ab hominio iofſitota plerūkque ea ſunt , qua ab ipſa primea , & originali iofſitutione ſunt ab hominib⁹ , qui Maiores iofſitunt ex bonis , & in bonis , qua tirole Maiores ſelinquunt , lo quibus vocat ſuccēſſores in infinito , vel pro tempore eisdēm placito : Pelaez de Maiores , pars. quæſ. 1. n. 9.6. & num. 11.8. vbi num. 12.9. addit primogenitū Gallicæ : utrū primogenita Hispaniā ſuſſerit per conſtitutionē priuatorum hominum facieſtū Maiores : Molin. d. d. 1.76. num. 1.4. & diffr. 1.80. num. 6. Vnde plerūkque Maiores Hispaniā ſunt , excepta ſupradicta , non ſunt legales ; exeterat autem Nationum , ut plerūkque tales ſunt : ut conſtat ex dictis à Pelaez verbisque , vbi proximē , & num. 9.6. tñpue ad num. 11.9. idem Molin. diffr. 1.80. num. 1.

Cætetum Maiores in noſtra Lofitania legimentali , qui ſuſ ſobieſti , merito legales dici poſſunt ; maximē quando bona Coronæ Regni , ex quib⁹ conſtituuntur , ab initio non forrunt conceſſa ſubditū vinculo Maiores ; nam tunc ab ipſa legē mentali habent , tum quād Maiores ſint , tom etiam quād eam peculiare rationem , & formam habent : in quo multū diſferunt à ratioe ceterorum Maiores in eisdēm Regio Lofitanie , aliorūque Maiores , qui noo à lege , ſed à priuariis hominib⁹ , pro ſuo arbitrio iofſitutut : idicēd non diſcendi ſunt legales .

Quāmoiſ tamē poſſet , ut in foto conſcieotie etiam poſſunt iofſitut Maiores de bonis patrimonialibus : Pars negans ex eo videtur vera , quia violatus aquitatis totius iofſituentis contra naturalem rationem , & equalitem inter filios ſeruandam , relinquendo unū filiorum omnia pene bona primogenitū viuclio adſtrinxit , & reliquo interdum portionem exigunt . Item quād filii omnino excluduntur iurisdictionem , etiam ſi ſtare grandiores ſunt , quād filii masculi , & ſine dote relinquentur competentie ; & inquit , ſeu iouulariſe cogontur Religioſam vitam profiteri .

Pars tamē abſtinentia , poſſe ſcileſ ſiciliē iofſitut buiſuſmodi primogenita , placet Ant. Gomeſio in l.40. Tauri , num. 5.6. vbi probat ex authoritate , & faculta legis communis , & virtutis alia conuertit ordinis inducere ob publicum bonum , & ob memoriam conſtitututis conſeruandam , ooc̄ non propter Reipublicę velleat , ut ostendit in l.12. tit.1. partis 1. Inſper , quia ius poſitum à Rege , vel Princepice ooo habente Superioris conditum ex cauſa tuta obligat in foto conſcieotie , D.Thom. in 1.1. quæſ. 9.6. art. 4. & 6. Sotus 4. de Iſſilia , quæſ. 5. art. 1. & 2. Conuit , in 4. Decret. part. 1.c. 8. §. 6. num. 5. verſ. quarto deducit : Gregor. Lopez 1. 31. tit. 9. partis 6. verba , ne videris , Molin. Theologus de primog. diffr. 1.78. verſ. contra iuram ſententia , & alter Molin. lib. 1. de primog. c. 1.4. Idem ſenit Glosſal. & vni- ca in e. quas in Ecclesiasticis , de conſtitutionib⁹ , Felin. in 1.1. de conflit. col. 1.3. num. 4.4. Paul. in c. in emi me- gatio 1. col. de tellib⁹ , vbi omnes tradunt poſſe fieri Maiores de buiſuſmodi bonis cum bona conſcientia , & ſine peccato .

Hoc tamē ſtelligendom est , quando Maiores ſunt in filio digno , & benemerito . Quare , ſi ex ſola affectione eligitur a parentibus filius mihiſ di- genus , omiſſo filio bene morato ; non eſt dubium peccate parentes , preteritum quando Maiores conſilii in iurisdictione , & gubernatione , quārunt debet eligi ab iofſitente filius , qui cætetum preferatur : ita Pelaez Rubeus in ſua repertione , fol. 99. j. 16.

